

*est text. for. in dicto. §. si quis autem. in versicul. 1. quem ibi notat & ponderat Aretin. & Iaso. item etiam prædicta procedunt etiam si venientes ab intestato vocati in secundo testamento sint instituti ex disparibus partibus: quia etiam isto casu rumpitur primum testamentum, & vocati & instituti in secundo testamento succedent ab intestato inæqualiter ex voluntate defuncti: ita Alex. in d. §. si quis autem colu. pen. n. 9. & ante eum Fulg. ibi.*

Item adde quod in secundo testamento debent esse vocati & instituti omnes venientes ab intestato primi gradus: & non sufficit quod unus tantum sit vocatus & institutus, ita Cumma. in d. l. si filius qui in potestate. & tenet Fulgosius, Alex. & Ias. in d. §. si quis autem: licet Aretin. teneat contrarium: in d. l. si filius, col. 6. pro quo videbetur prædicta, l. Partitæ.

100 Aduertendum tamen, quod prædicta procedunt de iure communi, tamen de iure regio tantum possunt intelligi & habere locum in testamento in scriptis attenta ista nostra l. 3. Tauri Sed nullo modo possunt intelligi & practicari in testamēto nuncupatiuo: nam cùm in eo de iure nostro regio semper requirantur tres testes cuin tabellione: vel quinque sine eo, ut supra dictum & declaratum est, secundum testamentum necessariò debet istam solemnitatem continere, & per consequens erit testamentum perfectum, cùm non possint pauciores quam quinque ibi interuenire & semper reuocabit primum, modo sint instituti consanguinei modò extranei: nec obstat si dicas quod tali casu in secundo testamento sufficiant tres sine tabellione, quando in eo sint instituti venientes ab intestato: cùm hoc casu ex numero testium possunt tolli & diminui duo testes: quia respondeo & teneo quod non sufficiunt nec possunt tolli & diminui prædicti duo testes: quia tex. in d. §. si quis autem, pro forma requirit, quod in isto secundo testamento interueniant quinque testes. Item etiam argumento doctrinæ singularis Bart. & communis, in l. 2. de leg. 1. col. fi. vbi dicit quod lex diminuens solennitatem testamenti, non videatur diminuere solennitatem codicillorum: ergo nec videatur sublata in nostro casu: confirmatur ex nostra l. 3. Tauri. quæ disponit quod in codicillis requiratur eadem solennitas quæ requiritur in testamentis. Item confirmatur ex nostra l. 3. Tauri, quæ habet quod in testamento inter liberos requiratur eadem solennitas quæ requiritur inter extraneos.

101 Ex quibus singulariter infertur, quod si quis nullo priùs facto testamento fecit testamentum imperfectum coram quinque testibus, in quo instituat venientes ab intestato proximiōres, quod valebit talis voluntas & dispositio: ita sing. tenet Socinus dicens quod est noua & subtilis consideratio, in l. si filius qui in potestate, ff. de lib. & posthum. column. fin. & q. quod intellige & declara, quando sint instituti inæqualiter: quia alias nullius esset utilitatis & effectus, cùm necessariò ipsi deberent succedere ab intestato æqualiter in hæreditate defuncti. Sed attentæ subtilius, quod ista sent. & con. non potest procedere: quia prædicti venientes ab intestato instituti in secundo testa-

mento minus solenni coram quinque testibus non veniunt nec succedunt ex testamento, sed tantum ab intestato: & tantum operatur quod rumpitur testamētum perfectum prius factum, in quo reperitur institutus extraneus, ut supra dictum & declaratum est. Sed posset procedere & habere locum hodie stante, l. partitæ, suprà allegata, quia disponit quod succedunt ex testamento, sed attento iure regio magis novo ordinamento quo cautum est, quod in testamento nuncupatiuo sufficient tres testes cum tabellione, vel quinque sine eo nullo modo nec casu potest habere locum in testamento in scriptis, per istam nostram l. 3. Tauri, qua cauetur quod semper in testamento in scriptis requirantur septem testes: nam isto casu si essent instituti venientes ab intestato primi gradus inæqualiter coram quinque testibus tantum valeret inter eos. Sed adhuc isto casu ista sent. & con. non procederet nec haberet locum: quia in testamento in scriptis etiam inter filios vel venientes ab intestato requiruntur septem testes: per nostram l. Tauri: vnde nullo casu de iure communi nec regio potest procedere nec habere locum noua opin. Socini, quod bene nota: quia est valde subtile & alicubi non tactum. Secundò infertur quod si reperiantur duo testamenta diuersa ab uno eodemque testatore facta, & non constat de prioritate vel posterioritate, licet de iure communi nullum valeat neque teneat: tametsi in uno sint instituti venientes ab intestato, illud præualet & debet seruari: ita Bart. in l. 1. §. non autem, ff. de bono. possess. secundum tabul. argum. text. in d. §. si quis autem, ex quo infertur quod licet de iure regio vterque hæres admittatur ut suo loco dixi: tamen intelligatur si sunt extranei, si verò in uno sint instituti venientes ab intestato, illi admittantur. Tertiò infertur quod si in primo testamento substituit pupillariter extraneum filio impuberi, & postea coram quinque testibus reuocet testamentum & instituat venientes ab intestato, quod tunc reuocatur illa substitutio pupillaris & succedunt venientes ab intestato ipsi pupillo: ita Bart. in d. §. si quis autem, & ibi Pan. Alexan. & Ias. idem Bartol. in l. 2. ff. de iniustorupto. Quartò inferto quod si hodie testator instituat filium naturalem tantum, quod potest facere, licet habeat patrem vel matrem: ut in l. 10. infra istis legib. & postea in secundo testamento imperfecto coram quinque testibus instituat patrem vel matrem, vel alios successores ab intestato, cùm non haberet patrem vel matrem, quod tunc illud secundum testamentum minus solenne tollit primum, & succedunt venientes ab intestato, quod est nouum & singulare, ad l. 10. infra istis legib.

Quarto modo potest queri, an testamentū legitimè factum reuocetur per verbalem reuocationem & voluntatem contrariam testatoris: quia testator coram legitimo numero septem testium, vel hodie quinque dixit quod nolebat valere primum testamentum solenne, & certè videtur quod non reuocetur, nec sufficient illa verba reuocatoria testatoris, ex eo quod non continent institutionem aliquam: & sic non dicitur secundum testamentum solenne. Item etiam

etiam quia non repetitur hæres cuius aditione confirmetur illa secunda dispositio & reuocatio, & in terminis ex his rationibus ita tenet singul. Bartol. in l. si iure, ff. de leg. 3. column. 2. Aretin. in l. hæredes palam, §. si quid post. ff. de testament. Paul. de Castr. in l. heredit. C. de his qui ut indig. col. 1. num. 2. idem Paul. in l. sancimus, Cod. de testament. & ibi Alexand. Jason. & moderni. Alex. in l. si ita scriptum, §. regula. ff. de lib. & posthum. colum. 2. Bald. in l. 1. Cod. de sacros. Eccles. penult. colum. Ioan. de Imol. in cap. cum esset de testam. colum. 9. q. 7. Contrarium tamen tenet, Baldus in dicta l. sancimus, Cod. de testam. colum. 1. imò quod per talem verbalem reuocationem reuocetur primum testamentum perfectum testatoris: quia alias esset valde ini-  
quum quod contra voluntatem expressam testatoris quis succedat in hæreditate eius: & idem tenet Imol. sibi contrarius, in l. si scriptum, §. regula. ff. de libe. & posthum. Salic. verò relinquit indecimum & cogitandum, in d. l. sancimus, 2. col.

Sed in hoc dubio artic. prima opinio est verior & magis communis, pro qua primò facit text. in §. eo autem solo. Insti. qui mo. testament. infir. vbi dicit text. quod eo solo quod testator noluit valere testamentum non annullatur. Eandem sequitur, Conar. de testament. 2. p. Rub. n. 21. ver. hinc ergo, Bald. conf. 3. 54. libro 5. Maynerius in l. quamdiu, num. 109. ff. de reg. iur. Guillelm. Benedict. in c. Raynunt. verbor. testamentum num. 8. quod etsi secundum testamentum primum expresse reuocauerit, obtinet secundum supra allegatos, & Ias. in l. plane in princip. ff. de legat. 1. Menchacam de success. creat. lib. 1. §. 17. 72. & 73. Secundò facit text. in l. militis codicillis, §. veteranus, ff. de mi. test. Tertiò facit text. in l. hæredes palam, §. si quid post. ff. de test. vbi habetur quod solennitas quæ requiritur in actu construendo, requiritur in destruendo. Quartò facit text. in l. 1. ff. de iniustorupto. Quinto facit tex. in l. 1. §. si heres, ff. si tabula test. nulla exta. Sexto facit text. in dicta l. sancimus, C. de testam. vbi expresse disponitur quod per verbalem reuocationem testatoris ad minus coram tribus testibus factam & post lapsum decennium rumpitur primum testamentum, ergo si non labatur decennium post talem reuocationem, non sufficit sola & simplex reuocatio, etiam coram mille testibus, & ille text. in sua principali decisione est singul. & vnicus secundum Paul. Iaso. & modernos, ibi confirmatur etiam ratione, quia dispositio utilis & perfecta non tollitur per sequentium inutilem & imperfectam, ex quo ius alteri quæri non potest: text. in l. nec urilem, ff. ex quibus caus. maior. textus in l. si iure, ff. de legat. 3. text. in l. cum quis §. si debitorem, ff. de solutio. text. in l. si absentis, in fin. Cod. si cert. petat. text. in l. vir uxori, versicul. sed si promissor. ff. de donat. inter vir. & vxor. text. in l. si me in vacuam in si. ff. de acquirend. possess. sed ista secunda voluntas & dispositio testatoris non est valida neque perfecta, cum in ea non contineatur hæredis institutio: ergo per eam non reuocetur vel annulletur primum testamentum perfectum & solenne: & principaliter in hac ratione se fundat communis opinio.

Quam tamen commun. opinion. limita, nisi testator quando reuocauit testamentum dixit, quod habebat hæredem institutum indignum & demeritum: quia tunc reuocatio verbalis sufficit & hæres institutus erit hæres, sed afferetur ab eo hæreditas & applicatur fisco, text. est nota. & iste est eius proprius casus, in l. hæreditas, Cod. de his qui ut indign. vide Matiençum in l. 2. tit. 4. gloss. 10. num. 8. & imo tali casu sufficiunt duo vel tres testes: ita Bartol. in l. final. ff. si quis aliquem testam. prohibi. Bald. in l. nostram, Cod. de testament. & est lex 23. tit. 6. part. licet illa requirat quinque testes. Secundo limita nisi in reuocatione dixit quod instituebat venientes ab intestato, vel quod volebat moti ab intestato, quia tunc reuocatur primum, etiam si coram quinque testibus tantum hoc dixit, argumento text. in l. hac consultissima, §. quis autem, Cod. de testament. de quo textu su præ latè dictum est argumento, textus in leg. si quis ita hæres instituatur, si legitimus, de hered. institut. & ita tenet Bartol. in l. militis, §. veteranus, de milit. testament. & in d. l. si iure, & vide eundem Matiençum ubi supra, numer. 8. & alios plures congerentem. Tertio limita nisi post talem reuocationem transeat decennium, quia tunc tollitur & annullatur primum testamentum: textus est singul. & vnicus, in dicta l. sancimus, de quo suprà proximè dictum est. Hanc tertiam limitationem communiter approbari testatur Menchaca de success. creatione lib. 2. §. 17. num. 73. ad fin. Guillelm. Bened. in cap. Raynutius de testament. 2. part. num. 8. hodie vero non est necessarius decennij transcursus cum iure regio secundum testamentum reuocans primum omnino valeat etiam ante decennij cursum, ut docetur numero sequenti, & latius Matiençus in dict. leg. 2. gloss. 10. num. 7. vbi alios plures eiusdem opinionis authores allegat. Quarto limita nisi in foro conscientiæ, quia hæres institutus in primo testamento non est securus in conscientia cum non habeat voluntatem testatoris: ita Bald. in 1. Cod. de sacrosanct. penultim. col. hæc verò quarta limitatio de iure regio procedit secundum Matiençum in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. gloss. 10. num. 44. vbi etiam num. 9. aliam quæstionem, ex qua huius limitationis resolutio pender tractat, utrum scilicet legata in minus solenni testamento relicta sint ab hærede in foro conscientiæ soluenda.

Aduertendum tamen quod licet ista opinio 104 sit vera & communis de iure communi, tamen de iure regio nouiter & subtiliter teneo, quod ista sola & simplex verbalis reuocatio testamenti tollat & annullet illud, etiam nulla facta institutione nec interueniente aliqua causa de contentis in superiorib. limitationibus: & hoc per l. 1. tit. de los test. lib. 5. or. vbi dicitur & disponitur quod si testator ordinavit suum testamentum coram legitimo num. testium valet, & tenet illud testamentum & omnia in eo contenta licet aliquis hæres non sit institutus. Elegans & pulchra est hæc opinio, quam etiam probat, Burgos de Paz hic, n. 842. prope si. Conar. de testam. 2. par. n. vlt. versic. 6. concl. Greg. in l. 11. tit. 1. p. 6. gl. 1. Matiençus in l. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. gl. 10. n. 6. qui omnes communiter receptam testantur

testantur ergo eadem ratione hodie valeat & teneat ista reuocatio coram legitimo num. testium, cum ad eius confirmationem non requiratur aliqua institutio hæreditis nec aditio hæreditatis, & solennitas quæ requiritur vel sufficit etiam in actu destruendo: argumento text. in l.hered. palam, §. si quid post. de testam. maximè quod isto casu aperitè colligitur quod testator voluit mori ab intestato, & tacitè videtur vocare venientes ab intestato: & eorum fauore reuocare testamentum, argument. text. in l.conficiuntur, ff. de iure codic. cum simi. nec obstat si dicas quod illa lex Regia procedat in voluntate defuncti dispositiva, puta in legatis, fideicommissis vel similibus: non tamen in voluntate reuocatoria, ut in nostro casu, quia certè in eo eadem ratione & à fortiori habet locum, vt dixi & fundauit.

105 Item quero si testator incepit facere testamentum & aliqua disposuit, pñtā institutio nem vel aliqua legata, & dum circa aliqua versaretur antequām ultimatè completeret testamentum mortuus est, vel amisit sensum vel loquela, an valeat & teneat in his quæ clatè iam disposuit. In quo magistraliter & resolute dico quod non, imò vitiatur & annullatur in totum: textus est singul. in iure, in l. si is qui testamentum, ff. de testam. cuius verba sunt, si is qui testamentum facere primis hæredibus nuncupatis priusquam secundos exprimeret obmutuisset, magis cœpisse eum testamentum facere quam fecisse: itaque primos hæredes ex eo testamento non futur. vide Tellum eandem sententiam tenentem pluresque alios allegantem hic, num. 18. in 2.p. Azenedum in l. 2. tit. 4. lib. 5. num. 58. Labeo tamen hoc verum esse existimat, si constaret voluisse plures hæredes pronuntiare, quem ad hoc notat & commendat, gl. ordin. Bart. Alb. Bald. Imol. Aret. & com. doct. & reputat. sin. Paul. de Castr. not. etiam & commendat Pe. Cyn. Alb. Bart. Bald. Sali & commun. doct. in l. in bermus, Cod. de test. probat etiam text. in l. ex ea scriptura, ff. eod. tit. in l. Lucius, ff. de mil. test. text. formalis & expressus in l. furiosus versic. 1. C. qui test. face. poss. & idem disponit lex 23. ti. 1. 6. part. quod intellige quando expresse constaret quod testator volebat alia disponere, addere, vel detrahere: quia tunc est imperfectū ratione voluntatis: & ideo non valet, sed in totum vitiatur: secùs tamen est in dubio, quando de hoc non constaret: quia testamentum valeret & censeretur perfectum & consummatum: ita formaliter probat ibi text. dum dicit: Labeo tamen hoc verum esse existimat si constaret voluisse plures hæredes pronuntiare: & ibi tenent & declarant Pau. & Imo. & Areti. ex quo elicetur talis conclusio secundum eos, quod in dubio actus testamenti censetur esse & perfectus & consummatus, nec obstat text. in l. pe. C. de inst. & subst. vbi habetur quod si testator dixit, quod instituebat hæredes secundum conditiones infra scriptas, & postea mortuus est antequām aliquam apponere, quod valet testamentum: quia respondeo quod ibi testator compleuit & absoluit totum testamentum, & visus est pœnituisse prioris voluntatis: sed in nostro casu testator non perfecit, nec consummavit testamentum, sed morte est

Ant. Gomez, ad Leg. Tauri.

præuentus antequām absoluget vel consummaret: vnde licet nihil dixit nec protestatus est, in dūbio testamentum vitiatur, ita tenet & declarat, gl. ord. in d.l. pen. C. de inst. & subst. in gl. 1. in 2. solutione, & ibi Bart. Paul. Alexand. & Ias. & Philip. Decius, gl. etiam ord. in l. quoties, §. tantundē, ff. de her. inst. in gl. 1. in fi. & ibi com. doct. facit etiam tex. in l. 2. eod. tit. vbi habetur quod si testator dixit quod instituebat hæredes in partibus infra declarandis, & postea non fecit nec declarauit, sed habuit testamentum pro perfecto & absoluto, valet & tenet: nec prædictis obstat etiam tex. sing. & subt. in l. 3. ff. de mili. test. vbi habetur quod si miles cœpit facere testamentum & non perfecit, valet & tenet: quia respondeo quod ibi destinauerat & intendebat testari de iure communi, & morte præuentus est, & tamen perfecit & compleuit testamentum saltem de iure speciali & iure militari coram duob. testib. & ideo valet & tenet: quia respectu illius iuris & solennitatis bene est perfectum, & in expresso ita tenet & declarat ibi Diuus Bart. Bald. & com. doct. idem Bart. in l. 1. ff. de iure cod. 3. col. ex quo tex. cum com. sententia nota & collige, quod quando quis fecit actum qui non potest valere de iure communi sed tantum de iure speciali, videtur velle ut suo priuilegio, ut valeat & teneat de illo iure speciali & priuilegiato.

Et in tantum est vera prædicta sententia & 106 conclusio, quæ habet quod testamentum imperfectum ratione voluntatis non consummata est nullum, & in iam dispositis non valeat, ut procedat & habeat locum etiam si præcessit institutio vel legatū ad pias causas: ita singu. Paul. de Castr. in d.l. si is qui testamentum, ff. de testament. 2. column. versic. & eadem ratiōne, & dicit perpetuo esse menti tenendum, & idem tenet ibi Areti. fin. colum. in fin. Bal. in l. 1. de sacrosanct. Eccl. 2. lectura, ante pen. colum. 9. q. Ioan. de Imol. in cap. 2. de testam. 4. column. numero 22. & ibi Anch. 3. column. numero 10. Barb. in ca. relatum, el. 1. eod. titul. 20. column. num. 25. Oldrad. in conf. suis consil. 19. Tencit etiam Burgos de Paz hic num. 23. Tellus Fernandez n. 18. & 19. in 2.p. Matienus in l. 11. gloss. 1. titul. 4. num. 1. lib. 5. Recop. Azeuedus ibid. num. 62. Licet contrarium velit Barthol. in leg. in testamento, ff. de fideicomiss. liber. Abba. in capite primo de success. ab intestato, 2. column. num. 2. Secundò & principaliter extende, ut procedat & habeat locum etiam in testamento inter liberos, & hoc est valde utile, in casu quo sunt instituti inæqualiter, vel vni eorum est, facta melioratio tertij & quinti vel partis eius: ista est, gloss. sing. in iure in l. fi. C. fam. her. nec in verbo nec implementum, quam ibi ad hoc notat & commendat Bart. Bald. Paul. Salic. & comm. doct. idem etiam voluit gl. in d.l. si is qui testamentum, ff. de testam. in gloss. fin. & ibi tenet Bart. Paul. Imol. & Aretin. tenet etiam Bart. Bald. & comm. doct. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de test. Ang. de Aret. in §. eo autem solo Institut. quib. modis test. insir. Abba. in consil. 105. 2. volum. Roderic. Sua. in repetitione legis quoniam in prioribus, Cod. de inofficio. testament. fol. 89. 3. column. versicul. 4. quero: neque obstat textus cum materia in dicta l. hac consultissima, Paragr. ex imperfecto, cum

D

Auten

*Authentica sequenti & in l. si. Cod. famil. herc. vbi habetur quod valet testamentum imperfectum inter liberos: quia debet intelligi quando erat imperfectum ratione voluntatis: ut in nostro casu: quia tunc non valet etiam inter liberos: & in expresso ita respondent glossæ ordinariae & communi docto. vbi supra. Tertio extende ut procedat & habeat locum etiam si in tali testamento esset posita clausula codicillatis: quia similiter non valebit testamentum nec censetur esse facta repetitio ab intestato: ita probat text. notabilis, in l. ex ea scriptura, ff. de test. & ibi Joan. de Imo. & alij docto. text. in l. fideicomm. §. quoties, ff. de lega. 3. per quæ iura ita tenet Bart. in leg. 1. ff. de iure cod. 2. 4. q. Paul. de Castr. in l. si is qui testament. ff. de testam. fin. col. si. & facit bonus text. in l. Luncius, ff. de mili. testam. nec obstat text. in l. fin. vers. illud quoque, Cod. de codic. vbi habetur & omnia contenta in testamento nullo & imperfecto valent, & censentur repetita ab intestato posita clausula codicillari: quia debet intelligi quoniam testamentum est nullum & imperfectum ratione solennitatis: non vero ratione voluntatis, vt in nostro casu ita tenet & respondet, Bart. in dict. l. 1. de iure codicillo. 4. q. & practici doctores vbi supra, ex quibus datur necessaria declaratio ad l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. vbi disponitur, quod licet testamentum non valeat, conferuantur legata & omnia in eo contenta ut debeantur ab intestato: quia debet intelligi quando testamentum deficit ratione solennitatis, non vero ratione voluntatis.*

107 Item quarto si testator fecit testamentum nuncupatiuum in scriptura publica coram tabellione & legitimo numero testium & debita solennitate, & compleuit ultimatè totum testamentum, tamen testator decepsit & mortuus est antequam ei legeretur coram testibus, an valeat & teneat & probet voluntatem defuncti? & breuiter & resolutiue dico quod non: text. est singul. & unicus in iure, in l. fidei commissa. §. quoties, ff. de leg. 3. quem ad hoc notat & commendat gloss. ordin. Bartol. Bald. & commun. docto. antiqui & reputat singul. & unicum Alb. reputat etiam singul. Baldus in l. fin. Codice de sentent. exp. reci. & per illum textus ita tenet Bartol. in l. si is qui testamentum, ff. de testament. 2. column. vers. sic. quod si testator. & ibi Paul. de Castr. & alij docto. Idem tenet Azeuedus plures congerens in l. 2. tit. 4. numero 48. libro 5. noua Recopil. idem Paul. de Castr. in l. hac consultissima §. at cum humana, Cod. qui testament. fac. po. 2. column. ibi facit textus, cuius ratio potissima est secundum doct. vbi supra quia si instrumentum vel scriptura non legatur, potest aliud continere quam testator dixit, pro qua sententia & con. considero, singul. l. par. 102. in fin. tit. 18. par. 3. Imd quod magis est in dubio non presumitur lectum nisi probetur, ita Bartol. Bald. & alij docto. in §. quoties, quod intellige nisi tabellio vel notarius hoc dixisset, vel nisi in fine instrumenti vel scripturæ reperiantur illa verba quæ solent apponi à tabellionibus, scilicet quod factum & absolutum fuit, &c. Quia tunc presumitur & approbatur esse lectum coram testatore & testibus, & per consequens valet & tenet, ita

sing. Bal. in Auth. quod sine C. de test. 2. colum. & idem est in aliis quibuscumque instrumentis super contractibus: ita probat text. not. in l. contractus, Cod. de fidei instrum. ibi & postremo partibus absoluti sint, quem ad hoc notat & commendat ibi Bal. 3. colum. Angel. & comm. doctor. probat etiam text. qui non allegatur in l. fin. Cod. plus vale. quod agi. & ibi doct. senet etiam Bald. in l. item queritur §. fin. ff. locati. 3. pro qua sen. & con. considero l. 54. in fin. tit. 18. par. & ita practicatur.

Quod tamen intellige in testamento inter 108 extraneos, secus verò inter liberos vel ad pias causas: quia valet licet non legatur: ita Bart. in d. l. si is qui testamentum, ff. de test. 2. col. idem Bart. in dicto §. quoties Ias. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, Cod. de testam. 2. col. n. 3. Joan. de Imol. in c. 2. de testam. 5. colum. Rom. in Auth. similiter, Cod. ad l. fal. 13. specialitate ultimarum voluntatum, ego tamen salua eorum pace, teneo contrarium, imd quod tale testamentum non valeat etiam inter liberos vel ad pias causas: quia attenta superiori ratione defecit potius ex defectu voluntatis, quam solennitatis: vnde in hoc articulo resolutiue ego dicerem sic, quod si testamentum debet probari per solam scripturam absque publicatione testimoniū: quia est factum manu publici tabellionis, tunc procedat & sit vera superior opinio, & con. scilicet quod nullo modo valeat, neque prober, nedum inter extraneos, sed etiam inter liberos vel ad pias causas: quia isto casu propriè militat ratio superior: si vero fiat in scriptura publica vel probata & fiat publicatio: quia testes veniunt & disponunt de voluntate & tenore testamenti & voluntate defuncti, tunc valeat & teneat tam inter extraneos quam inter liberos & ad pias causas, quia cessat ratio superior, & non deficit testamentum ex defectu voluntatis neque solennitatis, & hoc teneo pro firmo & æquo.

Item quarto si quis interroget testatorem 109 coram testibus rogatis an eum vel alium per eum nominatum instituat: & testator expressè dixit quod sic, an valeat & teneat institutio? Nimis controversa hæc est quæstio tam inter antiquos quam inter nostri temporis docto. & prædictum testamentum non valere tenuerunt plures quos refert, & sequitur, Rodericus Suarez in allegat. 1. fol. 6. col. 2. pag. 116. & plures quos refert Matiençus in leg. 2. titul. 4. lib. 5. gl. 16. n. 5. quam opinionem communem esse testantur, sed contraria sententia quam dominus meus sequitur, tum verior, tum etiam cōmunitior est, quam sequitur cum multis quos referunt Matiençus vbi supra, n. 6. & Menchaca de success. creatione l. 2. §. 17. numer. 5 2. & 54. Greg. in l. 6. titul. 3. p. 6. gl. 1. Socinus Iunior consil. 173 n. 2. lib. 2. Dueñas in sua allegat. n. 5. & sequen. Menesius in l. eam quam, C. de fideicomm. num. 83. Azeuedus in l. 1. tit. 4. l. 5. Recop. n. 16 3. & eleganter Menoch. consil. 45. Breuiter & resolutiue dico quod valet, & talis haeres censemur recte institutus, & consequetur haereditatem defuncti: quam sen. & con. Primò probat, tex. in l. 1. §. si quis ita interroget ff. de verb. oblig. tex. in l. si defensor. §. qui interrogatus, ff. de interrogatio. affio. tex. in §. præterea, Inst. de iniuril. stipu. text.

textus in §. quoties. eodem titul. Secundò. textus in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. ibi. etiam ipso testatore interrogato an ea dixisset. Tertiò. textus in l. nemo dubitat. ff. de hæredi. inst. Quartò. textus in l. hac consultissima. §. at cum humana. Codice qui testament. fa. possunt. ibid. quam susceptam testatori recitauit tabellaris simul & testibus, & eloquium ipse suum profiteatur agnoscere, & ex animi sui, quae lecta sunt disposuisse, sententia. Quintò. textus no. in l. finali. Codice si quis aliquem testament. prohib. vbi verbis & blanditiis potest quis alium inducere, ut cum instituat. Sextò. quia de iure naturali vel gentium est cuilibet liberum arbitrium testandi, quomodo velit & quomodo possit, dum tamen colligatur & intelligitur mens & voluntas eius coram legitimo numero testium: tex. est in l. prima. Cod. de sacrosanct. eccles. & ibi communiter docto. & in expresso istam sententiam & con. tenet gloss. notabilis & ordinatia. in l. iubemus. Codice de testament. in verbo quemadmodum. & ibi Pet. Cyn. Iac. Bu. Albe. Iaco. de Belloni. Richar. Ma. quos ipse Albe. refert. Bartolus Angel. Salicer. & Alexand. tenet etiam Bartolus in l. hæredes palam. finalibus verbis. ff. de testament. & ibi Imo. & Aret. idem Bart. in l. 1. §. si quis ita. de verb. ob. & ibi Paul. moder. Ioan. Imo. in cap. cum tibi. de testam. 2. colum. num. 3. Ioan. And. in addit. ad Specul. in titu. de testament. §. in primis. versic. quid si is. Angel. in l. in fraudem. §. 1. ff. de testament. milit. & ista est commun. opin. secundum Alexand. in dict. l. iubemus. Codice de testament. fin. colum. & con. 12. cod. volum. & con. 33. 3. volum. Contrariam tamen tenet sen. & comprobatur textus expressus qui videtur carere responsione, in l. iubemus. Codice de testam. vbi disponitur quod pro forma & solennitate testamenti & euitanda falsitate requiritur, quod testator exprimat ore & voce propria nomen hæredis, & annullet testamentum, si aliter fiat, ergo cum lex illa requirat hoc expressè pro forma & solennitate testamenti, non potest aliter valere, imò etiam quando sumus in dubio, eo ipso quod lex procedit actum annulando, si aliter fiat semper intelligatur esse de forma & solennitate, ergo in nostro casu non sufficiet, quod testator respondeat ad interrogata, sed oportet ore & voce propria exprimere nomen hæredis, textus in l. hæredes palam. ff. de testam. & ibi communi docto. Secundò textus in l. 1. §. in causa versi. qui questionem. ff. de questio. vbi habetur quod voluntas & confessio alicuius non dicitur propria & perfectè libera, quod interrogatus & incitatus ab alio respondet. Tertiò. textus in l. iubemus. versic. manus sua. Codice de eroga. mi. anno. lib. 12. iuncta. comm. opin. vbi disponitur quod ille qui tenet manu, voce & persona propria aliquid facere non potest mediante alio per procuratores vel substitutos: text. in l. unica. §. ne autem. Codice de cadu. tol. textus nota. in leg. 2. Codice de his qui ve. eta. impe. ext. for. & expre. in l. hac consultissima. §. at cum humana. Cod. qui testamen. fac. poss. vbi disponitur quod si testator committit dispositionem & voluntatem suam declaratam alicui scribendam, & postea legatur & recitetur illa scriptura coram testatore, & testibus, & testator agnoscatur & assentiat ei, valet & tenet, Ant. Gomez ad Leg. Tanri.

ergo si non procedat dicta voluntas testatoris per quam constet quod eius voluntate fuit confecta prædicta scriptura non valebit, & sic videtur casus directus in natura q. pro ista parte contra communem opin. & in expresso istam sen. & con. tenet Alb. Papiensis, quem refert Ioan. And. in addit. ad Spe. in titu. de testament. §. in primis Bald. qui no. loquitur in dicta l. iubemus. Cod. de test. 3. col. & Nico. de Ma. quem ipse refert Pau. in dicto §. at cum humana. 2. col. Ant. in cap. cum tibi. testa. & Rod. sua. in alleg. 1. in si. fo. 124. sed his non obstantibus ego teneo primam commu. sen & opin. & primò non obstat tex. in dicta l. iubemus. C. de test. quia debet intelligi quando non præcessit interrogatio alicuius. Secundò non obstat tex. in dict. l. 1. §. in caus. ver. qui q. ff. de q. quia loquitur in criminalibus & tortura, vbi metu tormentorum multoties confitetur quis contra se quod nunquam fecit. Tertiò non obstat tex. in d. l. iubemus. C. de ero. anno. cum similibus; quia debet intelligi in casibus à iure expressis. Quartò non obstat. tex. fortissimus in dicta l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa. fa. pos. quia loquitur & procedit in testa. cæci, in quo plura sunt specialia propter defectum visus s. quod testetur nuncupatiuè & inter tabell. & quod priùs declarat voluntatem suam, &c.

Item quæro si testator infirmitate grauatus & in extremis positus amisit loqueland taliter quod clare & articulatè non potest loqui: an possit testari & hæredem instituere saltem nutu vel signis? & breuiter & resolutiue dico quod si testator penitus amisit loqueland taliter quod clare, articulatè, & intelligibiliter non potest loqui, non potest testari neque hæredem instituere, etiam si nutu, vel signis exprimat voluntatem suam: vide Couar. in cap. cum tibi numero 4. de testa. Matiençum in l. 1. gloss. 16. numero 2. Azeuedum in d. l. 1. n. 162. tit. 4. lib. 5. Recop. & ita probat tex. no. in l. iubemus. C. de test. versi. si enim cuius verba sunt, et si enim talis est testator qui neque scribere neque articulatè loqui potest, mortao similis est: & falsitas in eloquii committitur, & ad hoc not. & commendat ibi Bar. Pau. & comm. doct. tam antiqui quam moderni. Bald. Pau. & alij doct. in l. 2. ff. de testament. si vero penitus non amisit loqueland, sed loqui potest licet tarde balbutiendo, & non articulatè, taliter quod potest intelligi, bene potest testari & hæredem instituere: text. est sing. & vnicus in iure, in l. quoniam indignum. C. de test. ibi qua forte seminecis & balbutiens lingua profudit: quem ad hoc notat & commendat ibi Bal. Ang. & comm. doct. & reputat sing. Paul. & vnicum Iaso. notat etiam & commendat Ang. Imo. & alij docto. in l. in diuersa. ff. de testament. idem Ang. & doct. in l. in fraudem. §. 1. ff. de mil. test. Roma. in l. 1. ff. de verbo. obl. 2. colum. Bal. in c. 1. §. vassalli de pace Constantie in v. 1. feu. 2. col. num. 6. Ang de Aret. in §. 1. Insti. de testa. pen. col. facit etiam tex. in c. Raynutius de test. ibi in extremis positus condidit test. tex. in c. nos quidem, eo tit. ibi de bac luce migrante: tex. in l. Pamphil. §. propositū ff. de leg. 3. ibi in discrimine vita constit. tex. in l. Seia. §. fi. don. caus. mort. vbi habetur quod contractus potest fieri usque ad ultimum vitæ spiritum, si

memoria hoc sit lata: & ad hoc notat & commendat doct. ibi & illum dicit sing. *Bal.* in c. quam frequenter. ut lite non con. 2. col. & pro vtraque len. & con. considero tex. formalem & expressam. in l. *diferentis*. ver. si. C. qui test. fa pos. qui expressè determinat, quòd ille qui casu vel morbo, vel infirmitate superueniente est factus mutus vel lingua est impedita, taliter quòd penitus amisit loquaciam non potest testari, nisi sciat scribere. ergo clare patet & infertur quod nutu vel signis non potest testari, neque hæredem instituere: si vero penitus non amisit loquaciam, sed quomodounque possit loqui tardè balbutiendo, & non articulatè potest testari & hæredem instituere. Limita tamen & intellige superiorē doctrinā & con. vt procedat & habeat locum præterquam in testamento & institutione ad pias causas: quia valet & tenet & potest fieri solo nutu & signis: ista est gloss. sing. & unica in cap. cum tibi de testament. quam ibi not. & commen. docto. & dicit unicam *Bald.* in l. v. de sacro. eccl. 2. col. *Vido Couar.* idem sentientem in c. cum tibi de testam. num. 6. *Greg.* in l. 6. gl. 2. tit. 3. p. 6. *Mationem* alios allegantem, qui etiam id procedere in testamento inter liberos docent in l. 1. tit. 4. lib. 5. gl. 6. n. 3. *Azene.* in d. l. 1. n. 16. 2.

<sup>112</sup> Item prædicta intelligo in institutione universalis, secus tamen est in legatis & fideicommissis: quia illa bene possunt relinquere nutu vel signis: tex. est in l. mutu. ff. de legat. 3. text. in l. & in epistola *Codice de fideicom.* text. in l. cūm proponebatur. de legat. 2. test. in l. *Labeo.* §. fin. ff. de supe. lega. Intellige tamen omnia prædicta respectuē in suis casib⁹, quando testator qui est in extremis, amisit, loquaciam, sed non intellectum: quia si intellectum amisit, nullo modo posset testari neque hæredem instituere, neque legata relinquere, ut dicta l. iubemus. *Cod. de testamen.* & in l. consignatur. §. 1. de iure codicill. & tenet & declarat *Bartol.* & com. docto. in d. l. mutu. ff. de lega. 3. *Cynnus* & commu. docto. in d. l. & in epistola. C. de fideicommissis.

<sup>113</sup> Pulchrum tamen & subtile dubium est pro intelligentia prædictorum & validitate institutionis & legatorum, si testator ita in extremis positus & constitutus, fecit institutionem & legata, & statim in continentí expiavit, an in dubio præsumatur esse sanæ mentis, & habere sensum & intellectum ut valeat & teneat testamentum eius & per eum disposita, an vero præsumatur carere sensu & intellectu: & videtur quod præsumatur defectus iudicij intellectus ut disposita non valeant, nisi ille qui prætendit validitatem eorum prober sensum & intellectum habuisse, argumento text. in l. iubemus. *Cod. de testam.* ver. sic. si enim. ibi. si enim talis est testator quod neque scribere nec articulatè loqui potest, mortuo similis est, & falsitas in eloquii committitur: & in expresso peritum texti. ita tenet *Petrus de Bella Per.* in l. in epistola. C. de fideicom. in fin. & ibi *Salic.* in fin. reputans esse singulare & dignum memoria: sed salua eorum pace ego teneo contrarium sententiam, imo quod in dubio etiam illo tempore præsumatur esse sane mentis & habere sensum & intellectum, ut omnia

per eum disposita valeant & teneant, nisi ex aduerso probetur contrarium. Id etiam tenet & defendit latè *Matiengus* in d. l. 1. titulo 4. lib. 5. *Recipio. gloss.* 13. numero 3. ad finem. Primo, quia quando actus de per se valet & habet illa essentialia formalia, ille qui vult & prætendit suum annullare aliquo defectu vel impedimento, debet illud probare. Secundo, quia naturaliter videmus & experientia docet, quod potest quis esse in extremis & in ultimo articulo mortis, & habere sensum & intellectum: unde meritò debent valere per eum disposita: nec obstat tex. in d. l. iubemus. in quo se fundant prædicti doctores: quia non loquitur tex. nec se fundat ex eo quod testator caret sensu & intellectu, sed eo quod amisit loquaciam & nesciebat scribere: & sic voce propria neque scriptura poterat hæredem instituere, dato quod haberet sensum & intellectum.

<sup>114</sup> Limita tamen superiorē con. quæ habet quod legata fideicomissa possunt relinquere ut procedat quando testator amisit loquaciam casu vel morbo: secus tamen est si potest loqui & nullum habet impedimentum, quia tunc non potest legata vel fideicomissa relinquere nutu vel signis. ita *Iaso* in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. pen. col. num. 38. sed eius opinio aperte est falsa: pro huius articuli resolutione, vide *Peraltam* in *Rub. de leg.* 2. num. 14. & *Spinum in speculo testamen.* gl. 9. n. 1. Primo, quia prædicta iura quæ dicunt quod legata & fideicomissa possunt relinquere nutu, loquuntur simpliciter & indistinctè: ergo non debeat restringi ad illum casum particularem, quo testator amisit loquaciam casu vel morbo. Secundò & in terminis facit, quia actus vel dispositio quæ potest fieri nutu vel signis, potest etiam fieri ab eo qui potest perfectè & articulatè loqui, & non amisit loquaciam casu vel morbo: text. est in l. si stipuler. §. si. ff. de verbo oblig. text. in l. in quibuscunque. ff. de actio. & oblig. text. in l. obligamus. ver. fin. eod. tit. tex. in l. in venditionibus. ff. de contrahē. emptio. & virobiquis commun. docto. Aduertendum tamen quod videtur quod supērior conclusio & iura, quæ habent quod solo nutu & signis possunt relinquere legata & fideicomissa corrigitur hodie per nostram l. 3. *Tauri*, in quantum dicit quod in codicillis interueniat eadem solennitas quæ requiritur in testamentis, sed illud non potest fieri nutu: ergo nec codicillus, legatum vel fideicomissum: sed teneo contrarium, imo quod non corrigitur, quia ista nostra lex Tauri tantum loquitur & procedit in solennitate testimoniū, & solum in hoc est æquiparatio: non vero in modo relinquendi per testatorem: quia potest relinquere verbo, vel scriptura, vel nutu, vel signis, sicut de iure communī.

<sup>115</sup> Item pro complemento huius articuli potest subtiliter dubitari si testator instituit hæredem solo nutu vel signis, an conuerteretur in fideicomissum? & videtur quod sic: quia institutio dicta vniuersalis contenta in codicillis conuerteritur in fideicomissum: text. est in l. in *Scenola.* ff. ad *Trebell.* & ibi commu. docto. in l. verbis civilibus ff. de vulga. & pupill. Sed teneo contrarium: quia illa lex *Scenola*, loquitur

tur quando verbis directis expressis testator instituit hæredem & tantum deficit solemnitas testium: secùs verò quia deficit alia forma & solemnitas testamenti, quia instituit hæredem nutu vel signis, quia tunc non valet nec conuertitur in fideicommissum, quòd iterum intellige quando verbis directis est facta institutio: secus verò si verbis communibus, quia interrogauit testator an velit relinquere sua bona Titio, & nutu vel signis consentiat, tunc valebit & conuertitur in fideicommissum vniuersale ab intestato: argumento text. in l. quoties, C.famil. hercif. & in expresso ita tenet sing. Bald. in d.l. & in epistola C.de fideicomm. 2. colum. n.4. Iaso. ubi valde commendat. in l. 1. §. si quis ita ff. de verbor. oblig. 3. colum.

116 Item quæro si testator in testamento in institutione vel legato dixit & posuit verba dubia quæ possunt intelligi dispositiua & deliberatè prolata vel non, an valeat & teneat talis dispositio: & breuiter & resolutiù in hoc dubio & subtili articulo dico, quòd si verba sunt totaliter de futuro quia dixit se instituturum vel debere instituere Titum hæredem, non valet talis dispositio, nec dicitur perfecta nec deliberata: sed quidam animi motus, cuius effectus auferitur in futurum, text. est formalis & expressus qui sic debet intelligi in l. fin. de testam. cuius verba sunt, eius bona qui se imperatorem futurum hæredem iactauerit, à fisco occupari non possunt, & ad hoc notat & commendat ibi Bart. Bald. Imol. & commu. docto. quòd intellige & extende eriam in persona priuilegiata, vel fauorabili, vel in pia causa: quia est defectus voluntatis & non solemnitatis.

117 Si verò verba sunt dubia quæ possunt trahi ad sensum perfectum & deliberatum de præsenti, vel ad sensum non perfectum & deliberatum de futuro: quia testator dixit volo instituere Titum: vel similia verba: quia possunt intelligi quod de præsenti deliberatè instituit, vel possunt intelligi quòd vult instituere alio tempore in futurum, tunc distinguo, nam si talia verba dubia proferat verbis vocatis & rogatis testibus in sufficienti numero, intelligitur & præsumitur velle testari & disponere de præsenti & deliberatè: vide Menochium de arbitrariis, casu 449. n. 1. si verò talia verba proferat non vocatis vel rogatis testibus, tunc talis dispositio non valet: quia non est perfecta nec deliberata de præsenti, sed tantum censetur esse quidam animi motus faciendo vel instituendi in futurum: text. est. in singu. & expressus qui sic debet intelligi. in l. diuus Traianus, ff. de milit. testam. & ibi commun. docto. quod etiam intellige & extende, modò persona sit priuilegiata, vel fauorabilis, vel pia: modò non, vt probat ibi text. qui loquitur in milite: & ad hoc illum text. notat & commendat Socin. in l. prima §. si quis ita ff. de verbor. obligat. 1. colum. & refert ita dixisse & consuluisse in magna causa sibi commissa quod reputat benè signandum & notandum: quia multoties posset contingere, sed aduertendum quia ista sen. & distinctio non videtur posse verificari nec procedere cum in testamento testes debent esse rogati, vt in l. hac con-

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

sultissima. Cod. de testam. cum simi. Ergo semper dicemus quòd talia verba dubia perfectam dispositionem inducant. Si verò testes non sunt rogati, etiamsi verba non sunt dubia, sed certa & clara, actus testamenti est nullius momenti, & sic superior doctrina & distinctio non videtur posse verificari, sed sustinendo dic quòd potest procedere & verificari in testamento & dispositione ad pias causas, vel in casibus in quibus non requiruntur testes rogati, ut in cap. cum esses, & in cap. relatum de testa. cum similibus: item potest procedere & verificari hodie in nostro regno: quia in qualibet persona & causa non requiruntur testes rogati attenta ista l. 3. Tauri. & dixi & conclusi suprà quòd est nouum & necessarium: quod tamen singulariter limito & intelligo, præterquam si talia verba proferantur à testatore in discrimine vitæ constituto: quia tunc semper disponunt, etiamsi ea non dixit coram testibus rogatis: ita tenet solus Faber. in §. planè, Instit. de mili. testa. 1. col. in medio, & sequitur ibi Ange. colum. 2. ex quibus nouiter intelligo text. in l. quoniam indignum. C. de testam. vbi disponit quòd non interest utrum testator dicat instituo, hæredem facio, volo, mando, cupio, vel erit, vel similia verba: sed quo-cunque verbo usus sit, etiam validè dubio, valet testamentum & institutio: quia respondeo, licet nemo tangat: quòd debet intelligi modo prædicto, scilicet, quando vocatis & rogatis testibus testator dixit, etiam si simus in casu quo non requirantur iure rogati.

Item ex prædictis infertur quod cum in legatis & fideicommissis particularibus vel vniuersalibus non requirantur testes rogati. ut in l. fin. versi. fin. C. de codi. ibi vel rogati, vel qui fortniti venerint & in l. 1. tit. 1. 2. 6. p. quod si testator in legato vel fideicomisso posuit talia verba taliter quòd non constet de sua expressa & deliberata dispositione & voluntate, habebit locum prædicta distinctio: quia si vocatis & rogatis testibus dixit, præsumitur legare & relinquere cum deliberatione, & dispositio erit valida & perfecta, si verò dixit non vocatis nec rogatis testibus, non valebit. & in expresso istam senten. & con. probat text. singular. & vnicus in iure. in l. Pamphilo. §. proposi- tum. ff. de legat. tertio ibi accersitis amicis, & illum text. ad hoc notat & commendat Bart. Bal. Paul. Imol. & alijs doct. in l. fina. ff. de testamen. & illum text. reputat singu. & vnicum Ang. in l. serui electione. ff. de lega. & ibi Alex. 2. colum. & notat & commendat Paul. Imo. Aret. com. alijs doct. Paul. de Cast. no. in l. cunctos populos. Cod. de sum. Tri. & fide cath. 2. colum. & ibi Iaso. 3. colum. n. 13. Barto. in l. gerit. ff. de acq. hared. 4. colum. n. 13. quod etiam limito & intelligo. præterquā si talia verba proferat in discrimine vitæ constitutus, quia tunc semper disponunt: etiam si non dixit neque proferat coram testibus rogatis, vt supra proximè dixi & probau. Item etiam limito & intelligo præterquam si testator prædicta verba dixit & protulit cum iuramento: quia tunc disponerent, argumento text. in l. cum pater. paragrapho filius matrem. ff. de legat. secundo quem reputat singu. & vnicum Bald. ibi

118 Item infertur quod si patet coram sufficien-  
tium numero testium dixit quod volebat ta-  
lem filium suum meliorare, non erit meliora-  
tus, nisi vocatis & rogatis testibus dixit: vel ni-  
si concurrat aliqua alia conjectura per quam  
videatur patrem deliberatè dixisse. cùm talia  
verba dubia aliter non disponat ut suprà  
dixi & probau. Item infertur quod idem  
erit in contractu qui pendet de voluntate  
proferentis, vnde si quis dicat quod vult dare  
vel donare Titio talem rem vel pecuniam:  
non tenetur nec erit obligatus dare, quia non  
censemur perfecta, deliberata, nec dispositiua  
donatio, nisi dixit vocatis & rogatis testibus:  
& ita reperio quod tenet Petrus & Cyn. in l.  
in vendentis. Cod. de contra. emptio. quod  
etiam procedit de iure regio stante. l. 3. tit. 8.  
lib. 2. ordin. quia illa requirit voluntatem  
obligantis quæ in nostro casu non præsumpi-  
tur nisi fiat coram testibus vocatis & rogatis,  
nam licet in contractibus non requirantur te-  
stes rogati, vt in l. ad fidem ff. de testibus. & ibi  
doct. & tenet gloss. ordin. Albert. Bald. Paul. Sa-  
lice. & communis opin. in authen. rogati. Cod. de  
testibus. nisi in casibus specialibus ut ibi nota-  
tur: tamen illud est verum & procedit quando  
promittens, donans vel contrahens delibera-  
tè se obligat: secus verò si proferat verba du-  
bia de quibus suprà: quia non censemur se  
obligare nisi vocatis & rogatis testibus hoc di-  
xisset.

119 Item infertur quod si quis habet faculta-  
tem eligendi inter res personas à lege vel ab  
homine, simpliciter dicat, volo eligere talem  
rem vel personam per hoc non erit facta elec-  
tio, nisi concurrat aliqua præsumptio, de  
quibus suprà, & in terminis ita tenet gloss.  
ord. in l. serui electione. ff. de legatis 1. in gloss.  
2. & ibi Bartol. Bald. Paul. & commun. docto.  
quod est notabile ad omnes leges permittentes  
electionem in rebus & personis. Item infertur  
quod si hæres ex testamento vel ab inte-  
stato dixit coram testibus, volo esse hæres, vel  
volo adire, non per hoc censemur adita hære-  
ditas nisi concurrat aliqua præsumptio vel  
conjectura de suprà dictis, per quam delibera-  
tè videatur adire: ita Bartol. in l. gerit. ff. de ac-  
qui. hære. 4. colum. numero 13. & eodem modo si  
protulit verba negatiua, dicendo non sum hæ-  
res, vel nolo adire: non censemur repudiare nisi  
concurrat aliqua præsumptio de suprà dictis: in  
Bartol. in l. si quis suis. ff. de iure delibe. & ibi  
Paul. & alijs doct. & ita debet intelligi gloss. or. in  
l. qui se patres. Cod. unde libe. de quo melius quam  
per alium, per Ias. ibi 11. colum. numer. 4. & Phi-  
li. Deci. 4. col. quod limita & intellige quando  
actus dependet à voluntate vnius, in contra-  
ctu vel ultima voluntate: secus verò si à volun-  
tate duorum, vt in contractu emptionis, loca-  
tionis, societatis, vel similibus: quia tunc talia  
verba dubia disponunt & obligant. gloss. est no-  
ta. & ordin. in l. in vendentis. Cod. de contra.  
emptio. in gl. magna. prope finem. & ibi commu-  
docto.

120 Item quero si testamentum est factum cum  
minus solenni voluntate, quia deficit ali-  
quis testis vel alia solennitas de quibus in  
ista l. & suprà dictum est, an hæres institutus

possit cum bona conscientia retinere hære-  
ditatem in qua est institutus: & reso. dico quod  
videtur, quod hæres sit securus in conscienc-  
tia: Idem tenet Couarruias communem hanc  
sententiam dicens, in cap. cum essem, de testa-  
ment. numer. 5. Guido questio. 143. Corneus con-  
sil. 119. Medina in Codice de rebus restituendis,  
questio. 23. column. vlt. Soto. lib. 4. de iust. & iur.  
quest. 5. art. 5. colum. 318. Menchaca de suc-  
cess. creatione. §. 1. num. 23. qui plura fundamen-  
ta pro hac opinione adiecit. Burgos de Paz  
hic numero 1406. cum aliis multis quos ipsi al-  
legant, & vide Azenedum in leg. 2. tit. 3. lib. 5.  
Recopil. numero 42. Gutierrez in l. nemo potest, n.  
461. de leg. 1. dum tamen testamentum habeat  
duos testes, per doctrinam & con. singul. Innoc.  
in cap. quod sicut de electione. vbi dicit quod  
electio facta solennitate iuris naturalis vel  
gentium scilicet duorum testium, licet sit nul-  
la de iure positio, & valet & tenet in foro  
conscientiae. Idem Innocent. in cap. si cele-  
brata. de cleri. excommu. in 2. columna. quam  
sequitur & commendat Abb. in capit. quia  
plerique de immun. eccles. fin. column. & q. idem  
Abba. in cap. 1. de integr. restitu. fin column. &  
q. Anch. in regul. beneficium. dereg. iur. in 6. 4.  
column. 6. q. idem Anch. in regul. possessor. eod.  
titul. 9. & 12. colum. vbi dicit se consuluisse  
quatuor peritissimos magistros in sacra Theo-  
logia, & conlenserunt in hac sententia Ioan.  
de Imo. in l. nemo potest. de legat. 1. 3. column.  
& ibi Alexand. 6. column. & Iason. notabiliter  
melius quam alijs 26. column. num. 2. idem Iason.  
in l. si post divisionem. Cod. de iuris & fac. igno.  
penult. colum. idem Iaso. in §. sed iste quidem. In-  
stitut. de actio. pen. col. Feli. in c. 1. de consti. 10.  
col. num. 39. Syluester. in sua summa, in verbo te-  
stamentum 1. parte, 4. quest. & in verbo, aliena-  
tio. §. 13. & in verbo legatum. 4. par. §. 10. & in  
verbo hereditas 3. par. §. 7. Adrianus Papa in  
quolibetis suis, quolibet 6. art. 1. conclu. 2. secundo  
corollario. Confirmatur, quia leges humanæ  
positiua fundant se in excludenda & euitanda  
falsitate. vt in leg. fin. Cod. de fideicom. & in l.  
in bemenus. Cod. de testa. cum simi. ergo cessante do-  
lo & fraude, si constat hæredi scripto de vo-  
luntate defuncti, licetè retinebit, confirmatur  
etiam ex textu in l. fi. ff. de rebus eorum. vbi ex  
testamento minus solenni probatur voluntas  
defuncti, probat etiam tex. in lege 2. Cod. de fi-  
deicom.

Ex quo infertur, quod si hæres non confe-  
cit inuentarium, non tenetur in foro conscienc-  
tiae vltra vites hæreditarias: quia lex  
positiua præsumit hæredem subtraxisse, vt  
in Authenti. de hæredi. & fal. §. sancimus igitur,  
colla. 1. ibi & non per ea quæ fortè surripiunt:  
quem text. ad hoc no. & comm. Bartol. in lege  
in ratione. §. quod vulgo. ad l. fal. 3. colum. Bald.  
in lege fin. Cod. de iure deli. 2. colum. 6. quest. idem  
Bald. in l. filium quem habentem. Cod. fa. her. pe-  
nultim. colum. idem Bartol. in leg. 1. Cod. de sacro.  
eccles. 9. colum. numer. 45. Abb. in capite 1.  
de solu. idem Abba. in capite tua nos. de usu-  
ris. Hosti. in summa. de testa. §. penult. versic.  
Sed quod si bona. Joan. An. in capite quanquam  
de usu. lib. 6. Bart. in leg. gerit. ff. de acquiren.  
heredi. idem Bartol. in rubri. eod. titul. &  
ibi

ibi Alexan. & Ias. Ana. in cap. in literis. de rap. Abb. in cap. Rainaldus. de testa. 3. colum. num. 14. Ana. in reg. possessor. de reg. iur. in 6. Idem infertur quod si quis est confessus ipse futurae numerationis, & non sit opposita exceptio infra biennium, est securus in conscientia si nihil recipit: ita Inuoc. in cap. quia plerique. de immun. eccl. & ibi Abbas. & alij docto. item infertur idem esse in condemnato per iudicem iniuste, ut non teneatur solvere in conscientia: ita ibi Innocen. Abba. & commun. alij docto. Dicunt tamen & tenent docto. vbi suprà quod successores ab intestato licet possunt petere hæreditatem ab ipso hæredie instituto, & securi erunt in conscientia cum perant auctoritate legis: & idem est à fortiori, si possident dicta bona: quia non tenentur restituere hæredi instituto in minus solenni voluntate: ita Bald. in leg. si post divisionem. Codice de iure & fact. ignor. fin. col. & ibi Pau. Ias. & alij doct. & similiter hæres institutus in minus solenni voluntate perat dicitur. A bona à successoribus ab intestato iustè possunt se defendere cum bona conscientia auctoritate legis. Sed contrariam sententiam, immò quod talis hæres institutus in minus solenni testamento non sit securus in conscientia, sed teneatur restituere successoribus ab intestato, aperte vult S. Tho. 2. 2. q. 96. art. 4. vbi dicit & pro solidâ doctrina quod leges humanæ positiæ, conditæ ab eo qui habet potestatem ex iusta & rationabili causa super rebus temporalibus & super certò disponendo, ligant & obligant subditos etiam in foro conscientiæ: idem tenet Henricus, Quidlibet 8. qu. 22. tenet etiam Bald. Paul. Alex. & Iaso. in l. pen. §. illo. Cod. de nece. ser. herede instit. idem Bald. in Authent. ingressi. Cod. de sacro. eccl. 6. col. idem Bald. in leg. cum quis Cod. de iuris & facti ignor. 6. column. numero 14. idem Bald. in c. in omni negotio de testi. Abb. in proæmio Decree. in parte, rex pacificus. 4. column. numero 4. idem Abb. in cap. 1. de consti. 6. column. & ibi Feli. 13. column. num. 44. Paul. de Cast. in rubri. de acquir. hæredi. in fine. & ibi Fran. de Areti. & Iaso Ancharræ. in regul. possessor. de regul. iur. 7. column. Andre. de Iser. in cap. 1. de pace iura. fina. column. Florian. in leg. ex parte. §. serno. ff. fami. herc. Iaso, in §. sed iste quidem, instit. de actio. 2. column. numero 112. pro quibus est gloss. singu. & unica. in c. quæ in ecclesiæ. de constit. in gloss. 1. quam ibi ad hoc reputat singularem & unicam Bald. 1. colum. Sequitur Tiraquellus de retrætū lignagier in prefatione numero 73. Alciatus in cap. nouit. de iud. num. 38. Fortunius Garcia de ultimo fine, numero 260. Florianus in summa 1. par. titulo 18. §. 4. & moderni in cap. quæ in Ecclesiæ. de constitutionibus l. 16. titulo 1. part. 1. ibi, E meten seyan en la cattera de la muerte, & ibi Gregorius, Castro. lib. 1. de potestate legis pœnalis c. 5. document. 4. & 5. Joannes Medina de restitut. q. 36. verbo, quo premisso, Perez in Proæmio ordinamenti quæst. 10. & denique Joannes Gutierrez in leg. nemo potest, num. 46 1. de legat. 1. Azenedus in leg. 2. titul. 3. lib. 5. Recopil. numero 42. Gomez Arias hic numer. 80. 8. sequent. Confirmatur quia lex iuste facta, auctoritate diuina videtur

edita per suos ministros. vt in c. quo iure. 8. dist. & in cap. finali. in fine 36. quæst. 3. & proverbiorum 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. & in epistola inter claras. Cod. de summatrini. & fide catholica & in capit. imperatores 9. dist. & auctoritate Petri, estote subditi principibus vestris tanquam præcellentibus. & habetur in capit. si lite. de maior. & obed. & in cap. magnum quidem 11. quæst. 1. & leges iusta derivantur à lege diuina: ut sapientia 11. & secundum Augustinum de libero arbitrio. ergo si per leges annullatur testamentum minus solenne & applicatur hæreditas successoribus ab intestato, necessariò sequitur quod obligant hæredem institutum eis restituere: & istam senten. & con. tenet Raine. in repet. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure 14 col. num. 25. quæ repetitio est in lectura Alber. idem tenet Ioann. Calde. in disputatione quæ incipit Bononiensi statuto. quem refert Anch. in reg. possessor. de reg. iur. 8. column. & tenet Bald. in disputatione sua incipienti, statuto canetur quod fœnerator: & ista opinio videtur mihi vera & tenenda, scilicet quod hæres institutus in minus solenni testamento, non possit retinere hæreditatem cum bona conscientia, sed teneatur eam restituere successoribus ab intestato, & primò pro hac senten. & con. facit prædicta sententia sancti Thomæ suprà allegata & confirmata 1. 2. quæst. 96. articul. 4. dicentis, quod leges humanæ positiæ ligant & obligant in conscientia. 2. facit concludens ratio, nam licet facultas testandi sit de iure naturali vel gentium, vt suprà dixi & conclusi, tamen respectu formæ est de iure positivo, & potest lex humana positiua addere, detrahere, distinguere, & adiuuare. ita Innocent. in c. quæ in ecclesiæ. de const. idem in cap. fin. de consuetu. & ibi Abb. & commun. docto. & tenet Bartol. in lege omnes populi. de iusti. & iur. 8. column. vnde licet de iure diuino naturali vel gentium sufficiant duo testes in quolibet actu & nego, vt in Euangelio probatur, tamen ex causa propter publicam utilitatem potest lex humana positiua in testamentis & aliis casibus inducere maiorem solennitatem: ergo hæres institutus. coram duobus testibus non est tutus in conscientia, sed tenetur restituere, quia solemnitas in qua potest se fundare est alterata & mutata per l. positivam: ergo ei est standum per supra dicta, & huic fundamento non potest responderi. 3. facit, quia princeps vel rex potest per legem priuare subditos rebus suis, ergo à fortiori disponere, quod non queratur nisi certo modo, vt in l. Antiochesum. de pri. cre. ergo in nostro casu poterit impedire acquisitionem hæreditatis non seruata solennitate legis. Quarto facit, quia si præcedens opin. esset vera sequeretur quod successoribus ab intestato non possent retinere, sed tenerentur dare & restituere hæredi instituto: quia si in conscientia debet vrgere solemnitas iuris gentium, ergo alij non possunt habere cum bona conscientia & implicaret contradictionem. Quinto facit quia lex positiua ipso iure & omnino annullat testamen. non seruata forma & solennitate ab ea requisita: text. est in

lege hac consultissima in fin. Cod. de testam. text. in §. per nuncupationem, eiusdem leg. text. in §. eo autem solo. Instit. qui. mo. testament. infir. text. in leg. si unus, Cod. de testament. sed quando omnino deficit titulus vel habetur pro non titulo semper tenetur possessor restituere: ista est theorica Innocen. comm. approbata in cap. quia plerique. de immun. eccl. sed non potuit lex clarius & expressius annullare, quam hoc casu, ergo &c. & hoc forte voluit nostra lex. 3. Tauri, dum dicit en iuyzioni fuerat del. 6. facit, quia ex mente doctor. contrarium partem tenentium sola possessio vel detentio est illa, quae videtur patrocinati haeredi instituto: sed certe deficiente ti. possessio est iniusta & nihil prodest, cum sciat ad alium pertinere de iure, ut in l. fi. C. vnde vi. ergo &c. ex quib. etiam infero, quod licet successoribus ab intestato constet de volun. testatoris, non tamen coram legitimo numero testium, quod sunt tuti in conscientia, & possunt retinere haereditatem, & non tenentur restituere, licet contrarium voluerit, Abb. in in d. c. quia plerique fin. col. & q. similiter etiam infero quod licet haredi instituto constet de voluntate testatoris, sed coram minori solemnitate, non erit securus in conscientia neque poterit retinere haereditatem per sup. dicta neq; obstant fundamenta contraria, quia primò non obstat illud dictum Inno. in cap. quod sicut de electione. loquitur & procedit quando non vertitur præjudicium vel interesse pecuniarium tertio: secus verò aliás vel in nostro casu in quo vertitur præjudicium haereditatis delato per legem quæ debetur successoribus ab intestato. 2. non obstat illud capitale fundamentum, quod quando lex ciuilis se fundat super aliqua præsumptione non obligat in conscientia si veritas est in contrarium, quia respon. quod debet intelligi quando lex ipsa se fundat in præsumptione vel suspicione in casu dubio & incerto: quia causa motuā sit incertitudo, vnde illa cessante non tenetur quis in conscientia: sed in nostro casu lex loquitur & procedit & fundat se in casu certo & claro: quia requirit legitimū numerū testimoniū & solemnitatē legalem, vt falsitas evitetur & melius appareat de voluntate defuncti: vnde etiam si non sit commissa falsitas requiritur illa solemnitas. Ex qua doctrina sancti Thomæ & communī superiùs adducta & confirmata, infero sequentia: & notabilia. 24 Primò quod ille qui habuit rem à minore ex quocunque titulo sine autoritate curatoris, quando illum haberet: vel sine iudicis decreto, quando erat de iure necessarium, quia erat res immobilis, tenetur restituere in foro conscientia, licet habeat cum solemnitate iuris gentium, quia lex positiva facta super certo ex iusta causa pro bono publico debet seruari in conscientia, & iustitia per supradicta. Secundò infero quod si quis emit à marito & vxore rem dotalem sine iuramento extra casus à iure permisso, non est securus in conscientia, sed tenetur restituere. Tertiò infero quod si quis emit ab uxore alicuius sine licentia viri, tenetur in conscientia restituere. Quartò infero quod si quis emit ab ecclesia & eius syndico

vel procuratore sine debita iuris solemnitate, tenetur restituere, ita expressè Innoc. in cap. quia plerique. de immun. eccl. licet contrarium teneat ibi Ant. Abb. & alij docto. Quintò infero, quod si iudex emit in loco suæ iurisdictionis, cum talis contractus sit nullus per text. in leg. non licet ff. de cont. emptio. & in leg. qui officij. eod. titul. & in leg. principalibus ff. si cert. pet. & in leg. fin. Cod. de rei vend. & in leg. 1. Cod. de contra. indic. quod in foro conscientia non poterit retinere. Sextò infero, quod si tutor vel curator emit à minore tenetur restituere in conscientia quia nullus est contractus per l. positivam, ut in l. si in emptione. §. fin. ff. de contr. empt. cum simi. Quid a. econtra quando per l. positivam quis potest retinere, & non obligatur ex contractu, sed de iure naturali vel gentium tenetur & obligatur, vt in filiofamilias qui recipit mutuum contra Senatusconsultum Macedonianum, non teneatur soluere in conscientia: & breuiter & resolutiè dico quod non tenetur soluere nec restituere, quia licet ex tali mutuo teneatur filius ciuiliter & naturaliter, vt est, gl. ord. & commu. opin. in rubri. C. de num. pen. tamen potuit lex ex causa iusta & honesta tollere efficaciam obligationis & priuare creditorem debito suo: & in expresso quod filius fam. non teneatur in conscientia soluere mutuum tenet Innoc. in dict. c. quia plerique. & ibi Ant. Abb. & alij doct. Bart. in extranaganti, ad reprimendum in verbo, denuntiationem. 2. colum in medio Imo. in l. quibus diebus §. 2. de cond. & demon. quod limita & intelligere singul. nisi ex tali mutuo filius sit factus locupletior, ita Anton. in c. nonit. de indic. 9. column. numero 60. Innoc. in d. cap. quia plerique fin. colum. & idem dico in muliere fideiubente: quia est tuta in foro judiciali quia non tenetur in foro conscientia soluere: ita Abb. in dict. c. quia plerique. 10. colum. num. 27. & Anto. in d. ca. nonit. de iud. 6. col. num. 61. imo etiam si soluit potest repeter cum bona conscientia vt in l. quia exceptionem, iuncta com. opin. ff. de condi. inde. & tenet gloss. ord. in cap. fin. de solut. & ibi Abb. & doct. Item etiam dico quod si quis habet vel possidet rem quæ ab eo potest auocari beneficio restitutionis iure minoris ætatis, vel ex clausula generali, est securus in conscientia, & tenetur restituere, nisi ille qui posset restitui esset laesus dolo, vel malitia aduersarij, ita singul. Innoc. in dicto cap. quia plerique. 1. column. in fin. & ibi Anton. penult. column. Abba. 10. colum. 28. Quarto infero quod si quis emit cum pacto de retrouendo licet tenet & percipit fructus, nec postea oblato pretio tenetur restituere, argumento text. cum materia in lege 2. Codice de pactis inter empt. & vend. cum commun. opin. nisi ex coniecturis sit commissa usura: ita Abba. in cap. ad nostram, de empt. & vendit. Quinto infero quod si rex vel princeps vendit rem alienam bona fide, emptor vel donatarius est securus in conscientia: quia talis contractus valet de iure, vt in l. bene à Zenone. Cod. de qua. pref. & in §. fin. Institut. de usucap.

Sextò infero, quod si post completam præscriptionem superueniat mala fides possessor est securus in conscientia: ita glossa ordi. in capite

capite vigilanti de prescriptio. gloss in c. fin. eod. titul. & ibi commun. docto. & tenet Innocen. in d. c. quia plerique. idem Innocen. in cap. cura. de iure patronatus Baldus in cap. 1. §. si quis per triginta si de feudo fuerit con. inter. do. & ag. Abba. in dicto c. quia plerique. 8. column 7. q. Bald. in c. de causis. de offic. de legat. idem Bald. in Authent. ad hec de usur. Ioan. An. in regu. possessor. de regu. iur. & ibi Aneb. 3. column. Angelate in l. 1. Codice de iud. Summa Angelica. in verbo prescriptio. §. 4. 6. Faber in §. 1. de usuca. Iaso in §. sed iste quidem. de actio. antepe. column. Franc. Bald. vbi dicit communem opin. in tractat. prescrip. 2. par. 3. par. 9. q.

126

Item quero si testator in graui infirmitate constitutus, credens se ex ea moriturum, fecit testamentum & dixit: si ex hac infirmitate decessero, instituo talem & talia legata relinquo, & postea euasit & ex alia infirmitate decessit, an valeat testamentum & omnia in eo contenta? an vero deficiat tanquam deficiente conditione: in quo articul. resolutiue dico quod si testator in graui infirmitate constitutus testamentum fecit simpliciter sine aliqua conditione, tunc licet euasit & sit liberatus ab illa infirmitate, & ex alia decessit, non annullatur testamentum, sed valet & tenet text. eit singu. in iure, in l. fin. Cod. de posthu. heredi. institut. vbi testator instituit filium vel filiam infra decem menses à tempore mortis suæ nasciturum. vel nascituram, & tamen si nascatur in vita eius censetur recte institutus, & verisimiliter est presumendum, quod erat testator in infirmitate de qua sperabatur mori, cum dixit quod instituebat filium vel filiam post mortem suam nasciturum, & tamen text. dicit quod in vita eius nati censetur recte instituti: ergo aperte probatur quod per reconuersentiam non irritatur testamentum: & ad hoc illum text: notat & commendat, Barto. Bald. Paul. & commun. alijs docto. notat etiam & commendat. Paul. de Castr. in l. non omnis, ff. si certum petatur. 2. column numero quarto & ibi. Areti. 1. column. in fin. & reputat singul. Ias. prima column. in medi. & Alex. in l. sancimus, C. de testament. 1. column. licet secus sit in donatione causa mortis: quia si fiat qui est positus in aliqua infirmitate vel periculo, modò ponat illam conditionem modò non, semper revocatur ipso iure si euadat ab illa infirmitate vel periculo, latè dixi & probavi in sua propria materia. Si vero testator non simpliciter sed conditionaliter fecit praedictam institutionem & legata, dicendo, si ex hac infirmitate decessero, instituo talem, vel lego illi centum vel talem rem, tunc si euadat & liberetur ab ea, & postea decessit ex alia infirmitate, testamentum nullatur, & per consequens institutio & omnia in eo contenta, tanquam deficiente conditione: & in expresso istam sententiam & comprobavit text. in l. potest quis, ff. de heredibus institut. cuius verba sunt, potest quis ita heredem instituere si intra annum septuagesimum decessero, ille mihi heres esto: non enim pro patre testatus intelligi debet, sed sub conditione instituisse: & ibi ad hoc expressè

notat & ponderat Bartol. Albert. Bald. Ioan. de Imol. & Raphaël Cuman. ex quo inferitur quod si quis velit in bellum, vel post mare, vel aliquam peregrinationem, vel in longinqua loca, & faciat testamentum conditionaliter si ibi decedat & non reuertatur, eo reuerso non valet testamentum, sed annulatur & ittatur: & idem est si mulier prægnans dixit, si ex partu decessat, & ab eo euasit probat etiam text. in l. alumna. §. fina. ff. de adm. legat. vbi habetur, quod si testator legauit rem vel pecuniam alicui, & postea cum cognouisset eum constitutum in graui infirmitate dixit, quod si ex ea decesseret legatum pertineret alteri, ita demum debet in 3. si primus ex illa infirmitate decessat, non vero alias: & ad hoc notat & commendat Bart. Alber. & alij doct. & in suo casu illum text. reputat singul. & vnicum, Bald. in cap. 1. de pactis, in fin. & Barba. in rubri. de testament. 34. column. & in terminis per illum text. istam etiam conclusionem tenet Bald. in dict. l. fin. C. de posthum. hereditate. institut. & ibi Paul. de Castr. in fin. Salicet. 2. column versicu. interdum. Alber. in l. cum quis. ff. de condit. ob causam. licet eius litera sit corrupta. Are. in l. non omnis, ff. si certum petatur. 2. column. Roma. in l. 1. ff. de donat. causa mortis. fin. column. & q. & confiatur ex regul. & doctrina generali, quæ habet quodd conditionis testatoris vel alia debet impleri in specifica forma. Sed in hoc singulari & notabili articulo, ego teneo contrariam sententiam, immo quod non censeatur revocatum testamentum per conualescentiam 1. quia multoties testatores dicunt & ponunt illa verba cum videant se infirmitate grauatos, & intentio eorum non est inducere conditionem, sed ostendere & declarare causam impulsuum, non vero finalem: & ideo per conualescentiam non revocatur, sed etiam postea omni alio tempore valet & tenet, & habet suas vires, si permanet in eadem voluntate: & non revocavit, maximè quia potest ex intervallo mori & decessere ex causa, radice, & fundamento illius infirmitatis, & esset nobis valde dubium scire vel disputare, an illa vel alia infirmitate decesserit. 2. facit text. in l. sancimus. C. de testa. vbi habetur quod testamentum legitimè factum semper habet suas vires etiam si longum tempus sequatur post eius perfectionem. 3. facit text. singul. & vnicus secundū doctores ibi, in l. fin. C. de institut. & substitut. vbi disponit quod substitutio vulgaris expressa sub conditione si posthumus non nascatur continet etiam substitutionem tacitam pupillarem, si nascatur & impubes decessit ex tacita voluntate defuncti. 4. facit, quia quando testator fecit substitutionem vulgarem in solo uno casu indiuiduo voluntatis, vel in potentia extenditur ad alium: text. est, in l. gallus. §. & quid si tantum, ff. de libe. & posthu. & ibi Bart. & com. doct. & tenet magistraliter Bart. in l. 1. ff. de vulgar. & pupil. 4. colum. & ibi moderni. ergo ita extendatur hic ad alium casum & tempus mortis. Quintò facit, quia quando testator posuit conditionem necessariam pro forma & solemnitate actus sufficit impleri per equi

quipollens, quia potius consideratur effectus in adimplemento ipsius quam ipsa specifica conditio, argumento text. cum materia in dict. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum sed in nostro casu mors testatoris necessariò requiritur pro confirmatione testamenti, ergo non refert an sequatur ex hac infirmitate vel alia. 6. facit, quia in dubio pro testamento & eius validitate est iudicandum: text. est in reg. testamentis. ff. de reg. iur. nec obstat text. in d. l. potest quis. ff. de here. insti. quia ibi conditio est limitata tempore, scilicet si testator decebat infra tale tempus, unde illo tantum voluit disponere & non in alio: nec obstat etiam text. in l. alumna. §. fin. ff. de adimendis legatis. quia ibi non loquitur in conditione mortis adiecta in persona ipsius testatoris, sed in persona alterius tertij: quia legavit rem vel pecuniam alicui, & cum cognovisset eum in graui infirmitate institutum dixit, quod si ex ea decederet, legatum pertineret alteri: quo casu importat veram & realem conditionem, quia non militant rationes quae concludunt quando conditio illa ponitur in persona ipsius testatoris.

## TEXTVS IV.

**M**andamos que el condenado por delicto à muerta ciuil o natural pueda fazer testamento y codicillos, o otra qualquier ultima voluntad, o dar poder à otro que lo faga por el, como sino suesse condenado: el qual condenado, y su commissario puedan disponer de sus bienes, saluo de los que por el tal delicto fueren confiscados, o se ouieren de confiscar, o aplicar a nuestra camera, o a otra persona alguna. Id est: *Principimus ut damnatus pro crimen ad mortem, sine ciuilem, seu naturalem possit condere testamentum ad codicilla, aut quamvis aliam ultimam voluntatem: aut alteri, ut pro eo condat, potestatem facere perinde ac si damnatus non esset. Qui damnatus & ab eo commissus possint de bonis suis disponere, praterquam de his quae propter eiusmodi crimen fuerint aut erunt fisico addicta, aut cubiculo nostro, aut cuiuscunque alteri, adiudicata.*

## SUMMARIUM.

- 1 An de iure commun. condemnatus ad mortem naturalem vel ciuilem efficiatur seruus pœnae, & non possit testari?
- 2 Post sententiam ante realem executionem an efficiatur seruus pœnae.
- 3 Per istam legem quartam condemnatus ad mortem naturalem vel ciuilem, an efficiatur seruus pœnae?
- 4 Quando bona sunt confiscata an possit testari.
- 5 Condemnatus nulla bona habens an possit relinquere tutorem filii suis?
- 6 An condemnatus possit hares institui. num. 6. & 7.
- 7 An condemnatus possit facere contractum?

## LEX. IV.

**P**ro perfecta intelligentia huius legis dico, quod est correctoria iuris communis, quia de iure communi condemnatus ad mortem naturalem vel ciuilem, vt deportationis, damnationis in metallum, vel ad galeras, efficiebatur seruus pœnae, & non poterit testari. Id est testatur *Velasquez de Auendaño hic n. 1. Villalobos in Antinomis inter ius commune & Regium litera A. n. 14. Tellus Fernandez, Gomez Arias, Catillus & omnes Glossatores hic, Matiençus in l. 3. titulo quarto, lib. 5. Recopilationis, gloss. 1. n. 1. Azeuedus ibid. imò etiam testamentum antea factum irritatur. text. est in l. eius qui. §. 1. ff. de test. text. in l. si quis filio exheredato, §. irritum. ff. de iniust. rup. text. in l. qui ultimo. ff. de pœnis. text. in l. quidam sunt seruus eo. tit. text. in l. quod ad statum eo. tit. text. in l. pe. §. consumitur. ff. de variis & extraordin. cogn. text. in l. 4. de bon. proscri. tex. in §. pœna seruus. Instit. quibus mo. ius pa. potesta. solni. tex. in l. 1. 5. titu. 1. par. 6. Vide Matiençum in lege 3. tit. 4. lib. 5. gloss. 3. n. 4. & Velasquez de Auendaño hic, n. 2. gloss. 1. Tellum hic, in principio, n. 1. Et in tantum hoc est vetum vt procedat & habeat locum statim post sententiam ante realem executionem, quia ipsa sententia facit eum inhabilem & seruum pœnae, non vero executio, vt expressè dicunt & probant prædicta iura: Vide eodem ubi suprà. Ex quo 1. infero quod si post sententiam, condemnatus naturaliter decebat ante executionem, moritur inhabilis seruus pœnae & per consequens intestabilis. Secundò infero, quod si post sententiam ante executionem, aufugiat de carcere, vel eripiatur de manibus iudicis vel familiæ, est inhabilis seruus pœnae, & intestabilis: ita Bart. in d. l. qui ultimo. ff. de pœnis. & ibi & alijs doct. Ang. Paul. de Ca. & commun. doct. in dicta l. eius qui §. 1. de test. idem Ang. & Ioan. de Imo. in d. l. Si quis filio exheredato. §. irritum de iniust. rup. Tertiò infero quod si ex aliqua causa à iure permissa differatur executio, est inhabilis seruus pœnae & intestabilis: quae omnia intellige & extende, etiam si velit testari & disponere ad pias causas, cum iura non distinguant: & in terminis ita tenet Bald. in l. 1. Cod. de sacro san. eccl. 3. colum. numero 5. & ibi commun. docto, nec obstat text. in authent. de nuptiis. §. quod autem prius collat. 4. & in authent. sed hodie, Codice de donat. inter vi. & ux. & ibi docto. ubi habetur & disponitur quod hodie nemo bene natus efficitur seruus pœnae per condemnationem: quia illa iura debent intelligi, quando quis est condemnatus ad mortem ciuilem, puta deportationis, damnationis in metallum, vel similia pœnae: & deber remanere viuus: quia de iure communi antiquo etiam efficiebatur seruus pœnae, vt iuribus superioribus: sed de iure Authenticorum non efficitur seruus pœnae, sed remanet sibi integer status quo ad omnia: tamen condemnatus ad mortem naturalem etiam de iure authenticorum efficitur seruus pœnae sicut ante: ita tenet gloss. ordin. in dict. authentic. sed hodie. & ibi Odofre. Petrus. Cynus, Bart. Sali. & commun. docto. idem Barto.*

& commun. docto. in l. qui ultimo. ff. de pœnis. Hodie autem per nostram l. Tauri, indistincte condemnatus ad mortem ciuilem vel naturalem non efficitur seruus pœnæ, sed remanet liber, habilis, & per consequens testabilis, ac si nunquam esset condemnatus: Idem tenet, Gregorius in l. 5. glossa magna ad finem, titulo 31. part. 7. Tellus Fernandez numero 31. Matiençus in d. l. 3. titulo 4. lib. 5. gloss. 1. numero 2. & si replices quid voluit ista lex Tauri: dum dicit quod etiam condemnatus ad mortem ciuilem possit testari, cum de iure communi Authenticorum non efficiebat seruus pœnæ, inhabilis, nec intestabilis, ut supra dictum est: respondeo notabiliter, quod ista lex Tauri, vult, quod etiam condemnatus ad mortem ciuilem non efficiatur seruus pœnæ, inhabilis, nec intestabilis, in casibus in quibus de predicto iure Authen. efficiebat seruus pœnæ, licet tantum esset condemnatus ad mortem ciuilem: scilicet, quando condemnatus non erat bene natus, puta seruus à nativitate, qui postea fuit manomisus, & sic libertus: & talis delinquat & condemnetur ad mortem ciuilem, etiam de iure authen. efficiebatur seruus pœnæ, ita gloss. ordin. in dict. authent. sed hodie. & ibi commun. docto. præcipue Salic. vel antea erat spurius, & postea condemnatur ad mortem ciuilem: ita gloss. ordin. & ibi docto. in dicta l. qui ultimo. ff. de pœnis. Sed hodie nostra lex Tauri vult, quod indistincte condemnatus ad mortem naturalem vel ad mortem ciuilem in casibus predictis, & similibus, in quibus de iure Authenticorum efficiebatur seruus pœnæ, hodie in nostro regno non efficiatur, sed remanet liber, habilis & testabilis: & iste est verus realis intellectus ad istam legem. Et adde quod nostra lex & eius conclusio clare habet locum, & procedit quando bona condemnati non sunt confiscata: Et hoc casu maioratum posse condere, & meliorationem tertij facere, tenet Molina de primogeniis libro secundo cap. 10. numer. 69. Gregorius Lopez in l. 5. titulo 3. parti. 7. verbo, señalados, Tellus Fernandez hic, numero 17. quamvis contrariam sententiam teheruerit, ex Roderico Suarez, Couarriuias in Rub. de testamentis, 3. part. numero 27. vt refert idem Molina ubi supra, & Matiençus in l. 3. titul. 4. libro 5. noua Recopilationis, gloss. 6. numero 4. Velazquez de Auendaño hic, gloss. 5. numero 5. sed idem Suarez in lege Regni, n. 4. & in titulo de las arras fol. 45. pag. 2. Couarriuias in Rub. de testament. 3. par. n. 27. quod cum bona damnati ad mortem, ex legis dispositione deferantur, non potest condemnatus si filios habet, aliquem ex his meliorare, quia huiusmodi lucrum & qualiter debet diuidi argumento, text. in authent. hoc lucrum. Cod. de secundis iuptiis, & in l. si deportatus Cod. de bonis damnatorum ibi, & quæ divisionis partibus, &c. Sed hanc obseruationem damnat Gregorius in l. 5. titulo 31. part. 7. & Tellus, numer. 14. nec quicquam faciunt iura supra allegata, procedunt enim ubi à lege descruntur damnati bona, at hic ab ipso damnato sit dispositio, ut probat, ibi puden disponerde sus bienes. Sed necessarium dubium est an habeat

locum & procedat quando bona confiscata, & breuiter, & resolutiùe, dico quod sic, & hoc probat expressè ista lex, in quantum dicit, quod possit testari, licet non de bonis confiscatis. Idem tenet Matiençus in dicta l. 3. titu. 4. lib. 5. gloss. 7. numero 2. Velazquez de Auendaño hic, gloss. 7. numer. 2. Tellus hic, n. 3. & 40. sed utrum hæc lex procedat in eo, cuius bona ipso iure confiscantur, ut testari possit ut puta in hæretico, vel in eo qui criminis læsa maiestatis humanæ damnatur, vel in Sodomita, vide Tellus Fernandez hic, numer. 34. & 35. Castellum in verbo, confiscado. Palacios Rubens hic, numero 17. Gregorium in l. 7. titu. 7. par. 6. Matiençum in dict. l. 3. glo. 7. num. 3. Velazquez hic, glo. 7. n. 4. cum seq. & 7. & num. 1. 4. & 15. cum duob. seq. Confirmatur etiam quia ille qui nulla bona habet potest testari, ut probat tex. in l. hæred. etiam. ff. de peti. hære. & ibi docto. ille verò qui nulla bona habet, nec potentialiter potest habere, non potest testari, text. est in authen. ingress. Cod. de sacro. eccl. & dixi magistraliter 8. column. l. 3. ideo iste condemnatus ad mortem poterit testari, licet bona eius sint confiscata, & effectus erit maximus. Primus quia hæres succedit in bonis quæsitis post condemnationem, quia bona futura non veniunt in confiscatione, argument. text. in l. si tibi mandauero. §. is eius bona. ff. mandati. ubi habetur, quod quando agitur de magno præjudicio, actus, contractus, vel confiscatio non extenditur ad bona futura, licet quando agitur de modico præjudicio, ut in hypotheca bonorum, bene extendetur. ut in l. fin. Cod. que res pignor. obligar. poss. & tenet magistraliter. Bartolus in l. fin. ita de auro & argento. legar. ergo iste condemnatus de his rebus futuris potest testari. Secundus quia hæres succedit in bonis sibi debitibus sub conditione, quia illa non veniunt in confiscatione, ut est gloss. singul. & unica in l. non ad ea. ff. de condit. & demonst. quam ibi notat & commendat Bart. Paul. & com. docto. & reputat ibi singul. Ioan. de Imo. & reputat unicam Baldus in Letiam. Cod. ad l. fal. idein tenet Matiençus in dict. l. 3. gloss. 7. numero 2. & Velazquez hic, numero 5. quam tamen intellige in conditione proueniente ex ultima voluntate, quia illa nunquā transmittitur ad verum hæredem, ut in l. unica. §. sin autem sub conditione. Cod. de cadu. tollen. ergo nec ad fiscum qui habet loco hæredis: secus verò in conditione proueniente ex contractu, vel quasi, quia illa bene transmittitur ad hæredes, ut in §. ex conditionali. Institut. de verbo. obligat. & per consequens transmittitur ad fiscum: ita tenet & declarat Joa. de Imo. in d. l. non ad ea. ff. de condit. & demon. & per consequens talia bona & iura conditionalia confiscabuntur, & non pertinebunt: de quo articulo dixi latius & magistraliter in materia delictorum. Tertius effectus est, quia talis condemnatus, licet nulla bona habeat, quia sunt confiscata, poterit testari, & relinquere tutorem filii suis. argu. text. in l. 1. per totum. ff. & C. de testa. tut. Quartus effectus est, quod poterit substituere pupillariter filii, arg. text. in l. 2. & quasi per totum. ff. de vulga. & pupil. & in l. precib. C. de im. pub. & aliis. & in §. 1. Institut. de pupil. substit. & tenet

tenet Bald. Alex. & moderni in rubrica. ff. de acquir. hered.

Item quæro an nostra lex, & eius dispositio habeat locum & procedat etiam in testamenti factione passiuam, ut condemnatus ad mortem possit institui, vel ab intestato succedere, sicut actiuè potest facere testamentum? & videtur quod quæstio sit impossibilis, quia post sententiam definitiunam executio non est differenda, sed statim sententia est executioni mandanda, ut in l. qui sententiam. Cod. de pœnis, ergo non potest dari, nec considerari tempus, in quo ipse condemnatus ad mortem possit institui, vel ab intestato succedere, & ideo fortè caute ista lex non loquitur in isto cau factionis testamenti passiuæ sed actiuæ. Sed resolutiuè dico & teneo, quod habet etiam locum in testamenti factione passiuam, ut possit institui, & etiam ab intestato succedere proximiiori consanguineo defuncto. Quod potest procedere, & verificari in casibus sequentibus: Primo quando condemnatus appellauit à sententia, quia appellatio extinguit iudicatum, & reponit causam, & personam in statu quo erat ante sententiam post item contestatam: text. in l. 15. titulo 1. par. 6. & vide etiam Azeuedum in leg. 3. tit. 4. lib. 5. Recop. numero 4. tex. in leg. 1 § fin. ff. ad Turpi. text. in l. 2. ver. si ff. de pœnis, cuius verba sunt, eum accipiemus damnatum, qui non prouocauit: cæterum si prouocauit, nondum damnatus videtur: text. in leg. eleganter. §. quid ergo. ff. de condit. inde tex. in l. qui cum maior. §. accusasse. ff. de bonis libertorum text. in leg. & post rem iudicatam. ff. de transact. text. in leg. qui à latronibus. §. fin. ff. de testam. text. in leg. si quis filio ex hæreditato. §. hi autem. ff. de iniust. rupt. tex. in leg. qui cum maior. §. accusasse. ff. de bon. liber. text. in l. furti. ff. de his qui no. infa. text. in l. sciendum. §. si fundum. ff. qui satid. cogan. text. in leg. peremptorias. Cod. sen. res. non posse. tex. quem in suo casu reputat ibi sing. & vnicum Bald. in l. ita demum. Cod. de procur. Secundò, quando condemnatus non appellauit, sed est intra tempus datum ad appellandum: quia etiam illo tempore poterit contingere quod instituatur, vel ab intestato decedat consanguineus, cui ipse succedat tanquam proximior, quia paria sunt, quod appellatio sit interposita, vel quod quis sit intra tempus datum ad appellandum, ista est glo. singul. & vnicam in leg. ex iudiciorum. ff. de accus. quam ibi ad hoc reputat sing. & vnicam Dianus, Bart. Albe. & Angel. Petu. illam etiam dicit vnicam Ioan. de Imol. in leg. defuncto. ff. de public. indi. Bald. in leg. vna. Cod. ex delic. defunct. idem Bart. & Ang. in leg. qui à latronibus. §. 1. ff. de testam. idem Bald. in cap. quoniam contra falsam. de prob. pen. column. Salic. in l. fin. Cod. si reus vel accus. mor. fuer. Tertio & ultimo casu proprio nostræ quæstionis, & magis dubitabili potest esse, & contingere, quando est condemnatus ad mortem naturalem, & sententia transiuit in rem indicatam, & tantum superest executio realis, sed interim illo medio tempore dum præparatur executio, vel condemnatus confiteatur peccata sua, quidam testator fortè ignotans decessit, & cum instituit; vel illo tempore ab intestato de-

cessit, & condemnatus erat proximior consanguineus ab intestato, vel fortè ante delictum commissum illum instituerat, vel ab intestato decesserat, vel quod melius & facilis posset contingere, fortè differtur executio ex aliqua iusta causa, ut condemnatus erat gestor vel administrator bonorum alterius, cui teneatur reddere rationes, ut in l. 1. Cod. de bonis prof. vel mulier condemnata est prægnans, nam differtur executio donec pariat, ut in l. pregnantis. ff. de pœnis, vel in similibus casibus, quibus differtur executio: quos notaui, & cumulaui in materia delictorum in fine, vel fortè talis condemnatus confugit & ereptus est de manibus iudicis & familie: his enim casibus propriè & realiter potest nostra subtilis & ardua quæstio procedere & verificari, ant talis condemnatus ad mortem hæres institutus, vel ab intestato vocatus, possit succedere & adire hæreditatem, & per consequens habere testamenti factionem passiuam, vel ex aliquo capite suitatis, sanguinis vel iuris deliberandi transmittere hæreditatem ad hæredes: & videtur quod non: sed hæreditas sit caduca, vel pro non scripta, & pertineat successoribus ab intestato ipsius defuncti, vel ab intestato decedentis. Primo quia ista nostra lex est correctoria, & non extendenda, ergo non tantum loquatur in testamenti factione actiuæ, ut condemnatus ad mortem possit testari, nullo modo potest, nec debet extendi ad testamenti factionem passiuam, & condemnatus possit institui, vel ab intestato succedere, arg. text. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. matri. & in l. quod vero. C. de legibus. & in l. ius singulare eo. tit. & in l. precipimus. Cod. de appell. Secundò quia de iure communi talis condemnatus ad mortem non remanet liber, ut sibi possit adquirere, nec est seruus fisci, ut ei querat, sed est seruus peñæ, & habetur pro mortuo: & per consequens eius institutio vel successio est caduca & pro non scripta, tanquam si non esset facta. text. est formalis & expressus in l. quidam sunt serui. ff. de pœnis. cuius verba sunt, quidam sunt serui pœna, ut in metallum dati, & in opus metalli, & si quid eis testamento datum fuerit, pro non scripto est, quasi non Cesaris seruus datum, sed pœna: & ibi gloss. ordin. & commun. doctor. text. in leg. si quis mihi bona. §. si quis plane. ff. de acquir. hered. text. in leg. 1. Cod. de hered. instit. tex. in leg. 3. C. de his quæ pro non script. habend. ergo cum is casus hodie non corrigatur per nostram legem, sequitur quod talis condemnatus ad mortem non potest institui, neque succedere, licet possit concedere testamentum: & istam sententiam & conclusionem tenet in praesenti solus Cifuentes.

Sed his non obstantibus ego teneo contraria sententiam, imo quod talis condemnatus ad mortem habeat testamenti factionem passiuam, & possit institui, vel ei legati, vel ab intestato succedere, & adire hæreditatem ante realem executionem sententiæ, & transmittere hæreditatem, vel legatum ad hæredes ex quolibet capite, & per consequens hæreditas pertinebit sibi, si restituatur à principe, vel ex aliquo casu remaneat viuus: vel pertinebit eius hæredi instituto, cum possit

possit facere testamentum, vel pertinebit proximiori ab intestato. Primo quia quando duo casus æquiparantur à iure, dispositum in uno censetur tacitè dispositum in alio, etiam in materia odiosa & correctoria: ita probat text. iuncta gloss. ord. fin. in l. si quis seruo. C. de furtis, & ibi tenet communis opinio text. in cap. fœlicis, de pœnis in sexto. & ibi etiam communis opinio. Sed factio testamenti actiua & passiuua æquiparantur regulariter in iure, quia ille qui potest testari, potest institui, & ille qui potest institui, potest testari: ut in §. testamenti autem factiones, Inst. de hære. quali. & diffe. ergo lex nostra quæ permittit etiam quod possint institui & succedere. Secundò quia fortius vinculum & juris impedimentum consideratur in causa actiua & efficienti quam in passiuua & recipiente secundum Philosophos, præcipue Arist. 2. Physico. commen. 29. & 1. Metaphys. commen. 3. & patet etiam de iure, quia seruus & filius non possunt testari, tamen bene possent institui: text. est, in l. filius familias, ff. de testam. text. in leg. 2. ff. de hered. institut. text. in §. 1. inst. de hered. institut. ergo cum hodie condemnatur ad mortem per nostram legem possit testari, per consequens possit institui. Tertio quia in correlatiuis licita est extensio ex identitate rationis: text. est, in leg. fina. ff. de accepti. text. in leg. fina. Cod. de indi. vidui. tollen. text. in l. is cui lege. §. fina. ff. de testa. text. in leg. Marcellus, ff. ad Trebe. text. in l. his solis, Cod. de reuo. dona. text. in paragrapho legati. Inst. de legatis, ergo. &c. Quattò facit, quia licet casus omissus remaneat in dispositione iuris communis, ut in l. commodissime, ff. de liber. & posthum. & in l. si extraneus, ff. de con. ob causam cum similibus, tamē prouisio vel dispositio facta in aliquo casu bene extenditur ad aliū, per l. omissum, si verisimiliter disponens idem statuisse in eo si esset interrogatus: text. est, in leg. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posthum. quem ibi ad hoc summè notat & commendat Bart. Bald. Alexan. Ias. & commun. moder. facit text. in l. gallus, §. & quid si tantum eod. tit. & ibi notat Ang. & alijs doct. text. in leg. fin. Cod. de posthum. hered. inst. & ibi doct. & propriè loquendo, in l. vel statuto est, gloss. ord. reputata singularis iunctio textu. in tale pactum, §. fin. ff. de pactis, quam ibi ad hoc notat & commendat Bart. Alber. Ang. Pau. & commun. docto. ergo lex nostra quæ tantum loquitur in testamenti factione actiua propter maiorem frequentiam eius extendatur ex predictis causis & rationibus ad istum casum omissum factonis testamenti passiuæ, ut talis condemnatus possit institui.

In hoc articulo tres fuerunt Doctores regni nostri quorum alter contra dominum meum defendit condemnatum ad mortem testamenti factonem passiuam non habere, & hic fuit Cifuentes hic num. 2. alter est dominus meus qui contraria tenet, scilicet, condemnatum ad mortem passiuam testamenti factonem habere, alter Gregor. in leg. 5. titul. 1. p. 6. qui cogitandum relinquit. Sed dominice sententia tandem obtinuit quam sequitur Tellus, licet eius fundamenta impugnans rationem quam dominus meus antea

Ant. Gomez ad Leg. Tanri.

docuerat, referens, scilicet, hodie testabilem esse condemnatum ad mortem, quia seruus pœnae non efficitur, cui fundamento à domino meo sèpibus repetito tam in numero secundo quam in 6. interpretans textum, in l. quidam sunt serui. ff. de pœnis, alia adiecit non futilia, ut Tellus inquit, sed grauissima, & virginissima, quorum primum illud est, scilicet, quia ubi duo casus æquiparantur in iure, dispositum in uno, in alio dispositum censetur, quod ex eo maximè probatur, quia condemnatus qui testamentum facere potest testamenti factonem habere dicitur, sed testamenti factonem habere non solum id significat ut quis testari possit: sed etiam ut ex testamento capere possit, §. testamenti autem inst. de heredum qualitate, & differentia, neque obstat oppositum à Tello de æquiparatione per modum regulæ generalis: nam responderi potest, regulam dict. §. testamenti, autem generaliter esse intelligendam, nisi aliud à lege disponatur, prout in casibus ab ea exceptis expressè disponitur. Præterea, quia licet non in omnibus & per omnia æquiparentur testamenti actio passiuua & actiua, tamen hoc casu æquiparari constat, ex dicto §. testamenti factonem, nec obstat secunda obiectio contra secundum fundamentum adducta quæ habet: ideo testamenti factonem passiuam maiorem exigere solennitatem quam actiuanam, quia tria tempora in passiuua spectantur: nam si hoc casu amplius hæc solennitas exigeretur in testamenti factione passiuua, quam in actiua quod negamus, multi alij sunt casus præter hic à domino meo Gomez enumeratos, in quibus maior solennitas requiritur in testamenti factione actiua, quam in passiuua. Nam impubes testari non potest, & sic testamenti factonem actiuanam, non habet nec furiosus, nec mente captus, nec monachus, nec obses, ut docent omnes scribentes, in lege 3. suprà his legibus, omnes tamen hi possunt ex testamento capere ac per consequens testamenti factonem passiuam habere: igitur plures solennitates requiruntur in testamenti factione actiua quam in passiuua. Ad testamenti enim factonem actiuanam, oportet quem esse puberem, sanæ mentis, liberum & sui iuris: quæ solennitates in testamenti factione passiuam, minimè requiruntur. Vnde non debuit Tellus regulam generalem à casu speciali deducere.

Præterea, quia nec hoc casu maior solennitas in testamenti factione passiuam, quam in actiua desideratur: nam si illis tribus temporibus capacitas, ut ipse contra domini mei opinionem, inquit, requiritur in instituto, eadem etiam in instituente desideratur: nam quid quæso interest hoc casu inter institutorem & institutum, si enim tempore institutionis habilis ad capiendum & capax ad instituendum debet esse hæres, eadem etiam capacitas ad eandem institutionem faciendam in testatore eodem tempore desideratur, & ut supra probauimus maior: nam si tempore institutionis fuerit effectus seruus pœna testator, minimè institutione tenebit, l. eius qui paragrapho primo ff. de testament. in lege si qui filio excedenda paragrapho innitum ff. de iniust. rupt. cum

E aliis

aliis quos congetunt scribentes hic, item & si quis tempore mortis fuerit effectus seruus ac per consequens incapax ad testandum, testamentum ab eo antea factum nullius exit momenti, ut idem Tellus hic fatetur *in numero 1. glossa 1. contra Parisium, ferè omnes scribentes hic resoluunt*, probaturque manifesto *ex lege 15. titulo 1. part. 6. docet Molina de primo genijs libro quarto capitulo 11. numero secundo.* Vnde constat his duobus temporibus, non solum eandem, verum & maiorem exigi solennitatem in testamenti factione actiuam, quam in passiuam. Restat igitur ut ad ultimum tempus, scilicet, additionis deueniamus, quo tempore cum iam nec capacitas nec incapacitas in testatore, tanquam in mortuo considerari possit, mirum non est in instituto tantum hoc casu considerari. Nec obstat etiam quod Tellus inquit, ex eo non licere cui plus licet quod minus est, quod donare causa mortis ei non permittatur, quod est minus, ut ipse inquit, quod falsum existimo, cum inter viuos donare liceat quod secundum eum plus est, *lege filius familias donare. ff. de donat.* quia præter quam quod in eo textu hoc non probatur, ut statim probabimus ab uno tantum casu speciali, regulam argumento *legis ex his digestis de legibus*, lex in filium familias donare tam eo casu quo loquitur, scilicet, in donatione de bonis patris sine eius consensu facienda inter viuos, quam causa mortis prohibet, donare autem causa mortis filiofamilias consentiente patre iure non prohibetur, *lege tam is paragrapho filius familias, Digestis de donatione causa mortis.* Nec rursus obstat argumentatio quæ de excommunicato ab ipso traditur, scilicet testamentum posse facere, non tamen ex eo percipere quod licet ipse probare nisus fuerit, non potuit, & denique ad excommunicatum propter hæresim tantum suam retraxit sententiam, qui nec ex testamento capere nec testari, ut ipse fatetur potest, ut per eum latius hic, *numero trigesimo quarto.*

Nam id verum non censeo, quia excommunicatus testamenti factio[n]em, tam actiuam quam passiuam habet, nec ea ratione qua ipse inquit à testamenti factione passiuam arctatur, quia à communibus actibus tam iudicilibus, quam extra judicialibus, repellitur, vbi de ipsorum utilitate agitur, nam præterquam quod hæc ratio est falsa etiam si vera esset, militaret in testamenti actione similiter actiuam, quæ excommunicato minime prohibetur, ut latè diximus, *in lege 3. suprà numero 15. in additione ibi*, item quæro an excommunicatus possit testari, &c. Præterea, Telli rationem falsam esse constat, *ex text. in capit. fœlicis, paragrapho verum de pœnis, lib. 6. cap. significavit de eo qui duxit in matrimonium. cap. quoniam multos 11. quest. 3. ibi, & emere, & capere ab excommunicato, text. formalis in cap. si verè de sententia excommunicationis, quibus iuribus manifestè liquet omnes actus & contractus, etiam ad suam utilitatem posse excommunicatum gerere, ut latissime tradit Spino in Rubr. de testament. gloss. 11. numero 66. & sequent.*

Minus etiam obstat oppositum correlatiuum, quo ipse negat testari, & ex testamento capere esse correlativa, cum id aperte constet, nam sicut patrem sine filio non possumus dare, ita nec testatorem sine aliquo qui ex sua dispositione aliquid percipiat: Nec quarta ratio domini mei diuinationem, ut ipse Tellus inquit continet: quod ex eo probatur, nam cum de iure antiquo condemnatum testari prohibitum esset tanquam pœna seruum, eadem etiam ratione in consequentiā ex testamento capere fuit ei prohibitum, *lege quidam sunt serui de pœnis.* cum igitur hodie iam permisum sit condemnato ad mortem, ut facere testamentum possit, quod magis est ut supra probauimus, ut puta impedimento quo id facere prohibebatur sublato, id est seruitute in consequentiā ex testamento quod minus est capere poterit.

Ex quibus corollariè deducitur, quam abs te dominum meum Tellus reprehenderit in huius legis interpretatione, simul cum *Gomezio Arias* assertens multa verbacos extra materiam effundere, eo quod declarare conantur, si damnatus ad mortem seruus pœna efficiatur, necne, cum basis & fundamentum materiæ totius legis sit, ut ex suprà traditis constat huius questionis resolutio. Denique domini mei sententiam, licet non sic declarata sequuntur, *Velazquez de Auendaño hic, glossa quinta numero nono. Azeuedus in leg. secunda glossa 3. titulo quarto lib. 5. numero 4. Matiençus ibidem numero 6.* & mutato consilio eam etiam sequuntur, *Gregorius in leg. 3. titulo 31 part. 7. verbo, señalados, ad medium, Mieres in tractatu maioratum, quest. 1. numero 52. & his non relatis, Spino suo in speculo Testamenrorum, glossa 8. Rubrica numero 5. & 6.* ideo autem latius quam opus id expostulatum progressus, quia neminem Telli contra dominū meum obiectionibus respondentē inueni, licet multos eum sequentes, prout ipse Tellus sequitur, quotiescumque autem articulos, seu questiones disputantes & declarantes inuenero, remissuè procedam aliorum fundamenta non transcribendo.

Item quæro an ista nostra lex habeat locum & procedat in contractibus, ut condemnatus ad mortem naturalem possit contrahere: & breuiter & resolutiùè dico, quod de iure communi nullo modo poterat, nisi quo ad alimenta. argu. text. in l. 3. ff. de his quæ pro non scrip. haben. & ibi docto text. in leg. quidam sunt serui. ff. de pœnis. & ibi etiam docto. & tenet magistraliter Batt. Pau. Imo. Alex. Iaso. & communi. docto. in l. si viictum. ff. de re iudi. idem Bart. in leg. 1. col. fin. ff. de bonis damnatorum. Hodie tamen est dubium necessarium per nostram legem, an possit talis condemnatus ad mortem contrahere quolibet genere contractus, & videtur quod non, quia tantum disponit quod possit testari in quo vertitur publicus & priuatus fauor, ut in regula, in testamentis, digestis de regul. iur. Sed teneo contrariam sententiam, imo quod etiam condemnatus ad mortem possit contrahere & obligationem & actionem querere actiuè, vel se obligare passiuè

ex contractu oneroso vel lucrativo. Primo, quia valet argumentum de testamentis & ultimis voluntatibus ad contractus, vel è contra de contractibus, ad ultimas voluntates, quando est eadem ratio, favor, vel æquitas, & loquimur affirmatiæ: text. est in leg. seruum filij. §. cum qui chirographum. ff. de leg. i. text. in leg. quæ delegato. eod. titul. text. in l. pactum inter heredem. ff. de pactis, text. in l. ita stipulatus. versicul. idque defendebat. ff. de verb. oblig. text. in leg. si dñoratio. eod. titul. text. in leg. obligationum ferè. §. placet. ff. de action. & oblig. text. in leg. eadem. de duobus reis text. in leg. fina. Cod. de lega. textus in l. cùm quidam. in fine. Cod. de verbo. sign. ergò cùm per nostram legem talis condemnatus possit testari, similiter poterit contrahere: quia in correlatiis & æquiparatis licita est extensio, ut supra dictum est. Secundò quia contractus potest fieri in testamento, ut probat tex. & ibi est gloss. reputata singularis & comm. approba. in l. heredes palam. §. fin ff. de test. ergo sicut contractus potest fieri à condemnato in ipso testamento, similiter poterit fieri inter viuos extra testamentum.

## TEXTVS V.

**E**l hijo, o hija que esta in poder de su padre leyendo de edad legitima para hazer testamento, pueda hazer testamento como si estuviese fuera de su poder. Id est: *Filius aut filia quæ sub potestate parentis est, si ad legitimam etatem testandi venerit, possit testari perinde ac si extra parentis potestatem esset.*

## S V M M A R I V M .

- 1 *De iure communi filiusfamilias, an possit testari?*
- 2 *An filiusfamilias naturalis & originarius huius regni, si decebat in alio regno, an ibi possit testari?*

## L E X . V.

**N**oto & colligo ex ista lege, quod hodie in nostro regno filiusfamilias qui est in potestate patris potest testari in quibuscumque bonis suis, ac si esset sui iuris.

- 1 Pro cuius perfecta intelligentia presuppono, quod de iure communi talis filiusfamilias non poterat testari nec codicillari: text. est in l. qui in potestate. ff. de test. cuius verba sunt, qui in potestate parentis est, ius testamenti faciendi non habet, adeo ut quamvis pater ei permittat, nihil magis tamen iure testari possit: & ibi gloss. ordin. Bart. & commun. doct. text. in leg. tam is. §. 1. ff. de dona. causa mort. text. in l. 3. §. 1. C. qui testa. face. po. text. in leg. pen. eod. tit. tex. in leg. fin. §. filius autem Cod. de bonis quæ lib. ex. in §. 1. Inst. quibus non est permis. face. testa. & ibi commun. docto. cuius ratio est quia testamenti factio est publici iuris. ut in leg. 3. ff. de test. cum simi. & in his patria potestas impedit & reddit filium inhabilem: ita dixit gloss. or. in d. 1. qui in potestate & in aliis locis alleg. cum qua transirent ibi docto. Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

sed certè ista ratio non concludit, imò attenta ea posset testari, quia in his quæ publici iuris sunt patria potestas non attenditur, nec impedit personam & habilitatem eius: text. est in leg. nam quod. ff. ad Trebell. vbi habetur quod filiusfamilias potest esse iudex, tutor vel curator: sed sustinendo rationem, sensus eius est, quod habilitas & potentia testandi, est publici iuris, & à publico iure introducta: ideo non debet concedi à priuata persona & particulari, & sic à patre. Secunda ratio potest esse, quia testamentum dependet à libero arbitrio personæ testantis, ut in leg. 1. ff. de testam. in l. 1. Cod. de sacrosan. eccl. sed filiusfamilias qui est in potestate patris non videtur habere libertum arbitrium, cùm sit in potestate patris, & ei subiectus & obediens: ergo testari non possit: ita Bart. Alberic. Paul. & commun. doct. in dicta l. qui in potestate. Sed neque ista ratio satisfacit neque concludit: quia filiusfamilias potest facere omnia illa quæ consistunt in libero arbitrio, ut facere contractus, & se obligare, & contrahere matrimonium, & denique omnia alia quæ libera persona potest facere. Tertia ratio subtilis potest esse, quia licet ille qui nulla bona habet: in actu possit testari, ut in l. hereditas. ff. de peti. heredi. tamen ille qui nulla bona habet, in actu nec potentia, non potest testari, ut in Authenti ingressi. Cod. de sacrosanctis eccl. cuius verba sunt, ingressi monasterium se & sua dedicant Deo, nec de his testari possunt, ut potè nec domini rerum. Sed filiusfamilias qui est in potestate patris non est dominus nec capax bonorum, quia ipso momento quod adquirit, non resident penes eum, sed transirent in patrem: ergo meritò non potest testari, cùm dispositio sua esset sine effectu & nullius momenti: istam rationem ponit Bald. in l. senium. Cod. qui testa. face. poss. secunda column. Cuman. in dicta lego: qui in potestate. pro qua facit bonus & expressus text. in leg. lex Cornelius. versic. si vero vino patre. ff. de vulg. & pupilla. & si replices, Quare filiusfamilias non potest testari consentiente patre, ut dicunt & disponunt prædicta iura? dico & respondeo quod ratio est, quia ultima voluntas non debet pendere ex alieno arbitrio: quia esset captatoria quæ à iure est reprobata. ut in l. illæ autem institutiones. ff. de hereditibus instituen. & in leg. captatorias. Cod. de testament mili. cum similibus & in tantum est verum, quod de iure communi filiusfamilias non poterat testari, ut procederet & haberet locum etiam in bonis aduentitiis, in quibus pater haberet usumfructum, imò quod magis est, etiam in bonis in quibus pater nullum haberet usumfructum: quos enumerat gloss. in Authen. idem est. Cod. de bonis qualibet quia militant rationes superiores vel aliqua earum ita: probat textus in lege penultima. Cod. qui testa. face. poss. & ibi communis opinio. glossa ordinaria, Bart. & communiter doctores in dict. lege qui in potestate ff. de testam. gloss. etiam ordinaria. Bartol. & commun. opinio. in leg. 1. §. in filii. ff. ad Trebell. nec obstat textus in lege final. §. filii autem. C. de bonis quæ liber. quia ibi non debet sumi

argumentum à contrario sensu, quia resultaret contrarius & absonus intellectus: hodie verò contrarium determinat nostra lex, imò quod si filius familias potest liberè testari, licet sit in patris potestate.

Item quæro an filius familias naturalis & originariæ huius regni, si decebat in alio regno possit ibi testari mediante dispositione nostræ legis? & breviter & resolutiù dico quod bene poterit testari de bonis existentibus in isto regno, non in alio: quia cum lex vel statutum tangat & concernat personam, comprehendit illam, licet sit in alio regno vel territorio, & consequentiam trahitur & extenditur ad bona existentia in proprio regno originatio, Id etiam tenet Paulus Parisius conf. 12. volumine 3. Gozadinus consilio 49. Azeuedus in dict. l. 4. titul. 4. lib. 5. Recopil. num. 15. quo ad bona verò existentia in alio regno vel loco non potest testari: quia non potest lex vel statutum extendere effectum suum ultra quam extendatur potestas statuentis, & eodem modo & ratione dico, quod si filius familias alterius regni decebat in nostro regno non poterit testari de bonis hic vel ibi existentibus: quia lex vel statutum non potest comprehendere personam sibi non subditam, argumento text. in l. 1. ff. de tuto. & cura. da. ab his. text. in l. etiam. ff. de tutel. text. in l. fi. Cod. de test. nec obstat quod quis non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, quia procedit & habet locum quando quis potest de omnibus bonis testari: secus verò alias. ut in l. fi. Cod. de inoffic. testa. & in expresso ita tenet Barr. in l. cunctos populos. Cod. de summa trini. & fide catholic. nona col. num. 26. Bald. 6. col. num. 13. & communiter moderni. Cifuentes in ista l. 5. finalibus verbis.

## T E X T V S V I.

**L**os ascendientes legítimos, por su orden & ab intestato a sus descendientes, y les sean legítimos herederos, como lo son descendientes a ellos en todos sus bienes de cualquier calidad que sean, en caso que los dichos descendientes no tengan hijos descendientes legítimos, o que ayan derecho de les heredar: pero bien permitimos que no embargante que tengan los dichos ascendientes, que en la tercia parte ne sus bienes puedan disponer los dichos descendientes en su vida, o hacer cualquier ultima voluntad por su alma, o en otra cosa qual quisieren: lo qual mandamos que se guarde, salvo en las ciudades, villa y lugares, de segun el fuero de la tierra se acostumbran tornar sus bienes al tronco, o la rayz à la rayz. Id est: Ascendentes legítimi suo ordine & linea recta ex testamento & ab intestato succedant suis descendientibus, sintque illis heredes legítimi, quemadmodum descendentes illis sunt, in omnibus suis bonis cuiuscunque qualitatis modo ipsi descendentes careant liberis descendantibus legítimis, aut ius ad eorum hereditatem habentibus. Bene tamen permittimus, ut etsi eis sint eiusmodi ascendentes, possint nihilominus Descendentes prædicti dum viuunt, disponere

de tertia bonorum suorum parte aut condere quam velint ultimam voluntatem pro anima sua, aut quomodo eis libuerit: quod præcipimus ut servetur, praterquam in eis ciuitatibus, oppidis aut locis, in quibus ex Foro patrio moris fuerit, ut bona redeant ad stipitem, aut stipes ad stipitem.

## S V M M A R I V M.

- 1 Qualiter parentes vel ascendentēs succedant liberis.
- 2 An in bonis castrensis vel quasi, succedat pater filio, iure hereditario non iure peculij.
- 3 Effectus qui resultat ex eo quod succedat iure hereditario vel peculij.
- 4 De iure communi si filius moritur relictō patre vel matre & relictō fratre utrinque coniuncto, an succedant una frater & pater.
- 5 Ascendentēs an succedant descendētibus secundum gradus prærogatiham?
- 6 Inter ascendentēs an habeat locum representatio.
- 7 Si successione descendētis concurrat annus paternus, & annus maternus, si debeat fieri distinctione bonorum? num. 7. & 8.
- 9 In successione descendētis si concurrant ascendentēs in linea paterna & materna, & sic ex una linea sunt plures admittantur in stirpes vel in capita.
- 10 Quomodo intelligantur ista verba, otros que le ayan derecho de heredar.
- 11 Ascendens qui debet succedere cum aliis si habet usumfructum in bonis descendētis, an illum habeat præcipuum?
- 12 Pater & mater an in usumfructu pariter admittantur?
- 13 Si filius facit testamentum & instituit patrem in sua legitima, & in aliis bonis instituit extraneum, pater an præferatur in usumfructu. num. 13. & 14.
- 15 Si sit consuetudo quod ascendentēs ex linea paterna, & ascendentēs ex linea materna succedant cum distinctione bonorum, si seruabitur consuetudo.

## L E X V I.

**N**ota bene dispositionem huius legis, quæ singularis & necessaria fuit in isto regno in successione ascendentium, & quia in lectura mea quam feci de iure communi in materia ultimarum voluntatum, posui in lege prima. ff. de vulgar. & pupillar. examinavi & tractavi magistraliter utiliter, qualiter filii vel descendentes succedant parentibus & ascendentibus, vbi videre poteris: ideo nunc principaliter volo tractare qualiter parentes & ascendentēs succedant liberis & descendētibus suis: de quibus tantum principaliter ista lex loquitur, pro cuius perfectissima declaratione dico, quod de iure antiquo Digestorum, pater non succedebat ab intestato filio suo in potestate defuncto iure hereditario, sed pater occupabat bona eius iure peculij, & hoc nedum in peculio profectio & aduentio in quibus totum adquirebatur patri ratione

ratione patriæ potestatis, licet apud filium es-  
set administratio, sed etiam in peculio castrensi  
vel quasi quia licet pleno iure quererentur  
filio, tamen eo mortuo ab intestato, succedebat  
pater, non iure hæreditatio. nec tanquam hæres,  
sed occupabat illa, iure peculij. text. est capita-  
lis & expressus in l. 2 ff. de castr. pecn. cuius  
verba sunt, si filius familias miles decesserit si qui-  
dem intestatus bona eius non quasi hæreditas, sed  
quasi peculium patri deferuntur. & ibi notat  
Bartol. & commun. docto. antiqui. Eandem sen-  
tentiam amplectitur Matiençus in dict. leg. 1.  
titulo 8. lib. 5. Recopil. gloss. 3. numero 4. Velazquez  
de Auendaño ibi gloss. 4. numero 2. ho-  
die tamen posset hoc verificari & habere locum &  
procedere in bonis profectiis tantum  
quæ pleno iure queruntur patri: ut in leg. cum  
oportet. C. de bonis quæ liberis. & ibi gloss. or-  
dinaria & commun. docto. & in l. 5. & 6. tit. 17.  
4. part.

Sed in omnibus aliis bonis, putà castren-  
sibus vel quasi, aduentitiis, ex linea ma-  
teina vel ex qualibet alia parte acquisitis: il-  
lud reperitur correctum, quia immò in eis pater  
succedit filio ab intestato, tanquam verus &  
legitimus hæres & iure hæreditatio: vide Ma-  
tiençus in dict. l. 1. gloss. 3. num. 5. Velazquez de  
Auendaño gloss. 4. num. 6. hic. text. est in l. tertia.  
in principio. C. de bonis quæ libe. & ibi no-  
rat Bart. Paul. Salicet. & communiter doctor.  
text. in l. fina. C. commun. de successio. prope fin.  
ibi tunc ad ultimum locum pater à legibus con-  
clametur & sui filij non gratam hæreditatem re-  
littam, sed triste lucrum sibi lugeat acquisitum.  
& ibi notat Pau. Salicetus, & doctor. textus in  
leg. fina. Cod. ad Tertullian. vers. fin. vero defuncta  
persona. & ibi doct. text. in Authent. de hered. ab  
intest. venient. §. si igitur defunctus. colla. 9. vbi ex-  
pressè disponitur quod deficiente linea descen-  
dantium succedunt ascendentes, seruata gra-  
duis prærogatiua: & si plures sunt in eodem gra-  
du. puta pater & mater pariter succedunt. &  
ibi notat Bar. & alij doct. tex. in Auth in suc-  
cessione. C. de suis & leg. l. vbi si filius familias mor-  
ritur ab intestato, relictis filiis, & relictis pa-  
rentibus, succedunt & præferuntur filij: quod  
non esset, si pater potuisset occupare eius  
bona iure peculij, & ad hoc notat & pon-  
derat ibi Bartolus & alij docto. text. in Auth.  
defuncto. Cod. ad Tertullian. cuius verba sunt,  
defuncto sine liberis parentes si soli sunt succe-  
dunt, salua gradus sui prærogativa. tenet etiam  
Bart. in leg. post dotem. ff. solut. matrimo. 6. co-  
lumn. numero 26. & ibi moderni præcipue Iaso.  
15. column. numero 65. Cinus in Authenti. itaque.  
Cod. commu. de succe. 2. column. prope fin. & effec-  
tus est maximus, quia si pater occuparet iure  
peculij, nullus alius posset succedere, li-  
cet sit in potiori vel æquali gradu, vnde non  
possent succedere liberi nec descendentes  
huius filij in potestate, sed solus pater.  
eundem effectum considerat Matiençus ubi  
suprà, num. 7. & Velazquez hic gloss. 4. num. 5.  
alios allegantes. Item non posset mater cum eo  
concurrere, licet sit in pari gradu, sed hodie cùm  
hæreditas deferatur iure hæreditario & iure  
propriæ & ordinariæ successionis, vt dixi,  
sequitur quod prima causa successionis erit

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

liberorum. Item quod paritet dimittentur  
pater & mater: præterea alius effectus est,  
quia si ratione peculij filius contrahebat  
defuncto filio, pater obligatur de iure an-  
tiquo tantum quatenus erat in peculio, &  
tenebatur tantum infra annum. ut in leg. 1. &  
per totum. ff. quando actio de pecu. est anna.  
hodie vero tenebitur insolidum & perpetuò  
tanquam hæres, si adit hæreditatem, & in  
expresso istos effectus probat text. iuncta glo-  
& ordina. & ibi tenet & declarat Bartolus &  
& communiter doctor. in leg. pater qui ca-  
strense. ff. de quasi pecul. tenet etiam & no-  
declarat Iaso. in leg. qui se patris. unde libe. an-  
tepen. colum. num. 60. & pro ista communi sen-  
tentia & doctrina est hodie, l. 4. tit. 13. 6. par. 6.  
quæ disponit, quod parentes succedant filiis,  
& descendantibus secundum sui gradus præ-  
rogatiua: & si plures sint in eodem gradu  
pariter succedunt: idem expressè disponit ista  
lex 6. Tauri. in princ.

Item adde quod si filius moriatur relicto  
patre vel matre, & alio fratre vel fratribus v-  
trinque coniunctis, talis frater vel fratres suc-  
cedunt vnà cum ipso patre vel matre pro viri-  
li portione. tex. est in Anth. de hered. ab intest.  
ve. §. si igitur colla. 9. & in Anth. defuncto.  
versi. 1. Cod. ad Tertullian. & ibi commun. docto.  
quod tamen hodie corrigitur in nostro regno,  
quia solus pater vel mater succedit & non  
concurrit cum eis alter filius fraterque ipsius  
defuncti, ita expressè disponit, lex 7. Tauri.  
& ista est eius principalis decisio: nec aliud  
nobis adduxit. Si vero talis filius erat  
emancipatus, pater non succedebat ei nisi  
eum emanciparet contracta fiducia, reser-  
uando sibi ius successionis, licet bene succede-  
ret de iure prætorio. text. est in leg. 2. §. obii-  
citur, ff. ad Tertullian. text. in leg. ad patrem, ff.  
de suis & legi. hered. postea vero de iure Codicis  
decisum est, quod semper videatur pater  
emancipare filium contracta fiducia, & tacite  
à lege subintelligatur illud pactum inesse, li-  
cet expressè non apponatur text. est in l. si ab  
eo. Cod. de legi. hered. text. in l. fin. Cod. de legi.  
hered. text. in l. fin. Cod. de eman. libe. ibi. & legi-  
tima iura omnino habere, & si non specialiter  
hoc sibi seruauerit. text. in §. fin. Institu. de legi.  
agna. succe. & ibi no. Fab. & commu. doct.  
text. in l. 4. C. de legit. tutela. Hodie vero de  
iure nouissimo Authent. indistinctè succedit  
pater filio emancipato sicut filio in po-  
testate, quia sublata est differentia patriæ  
potestatis & emancipationis. tex. est in Au-  
thent. de hered. ab intesta. ven. §. nullam ve-  
ro colla. 9. & ibi commun. doct. text. in Anth. de  
defuncto. Cod. ad Tertu ibi, exclusa prorsus omni  
differentia sexus & patriæ potestatis. & idem  
disponit lex 4. titu. 13. 6. par. istud idem deter-  
minat & disponit nostra lex 6. Tauri. in princ.  
quæ ita debet intelligi. Vnum tamen est quod  
ita deinde ascendentes succedunt descenden-  
tibus, quando tales descendentes non habent  
filios, vel descendentes legitimos vel alios qui  
habeant ius succedendi: ita disponit nostra lex  
Tauri, & hoc est nouissimum & probatum in linea  
descendantium. Aduertendū tamen est, quod ista  
successio defertur parentibus, vel ascēdētibus ab

intestato in bonis liberorum de iure ciuili positiuo tantum, non verò de iure naturali vel diuino: textus est, in l. scripto. versi. si. ff. unde liberi. cuius verba sunt, non sic parentibus liberorum ut liberis debetur hereditas, cum parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, liberos natura simul & parentum. commu. vorum. text. in leg. nam & si parentibus, ff. de inoffi. testa. text. in l. iure succursum est ff. de iur. doli. cuius verba sunt, iure succursum est patri, ut filia amissa solati loco succederet. probatur etiam in epistola Pauli, ad Corinth. cap. 12. dicentis, nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. & transsumptiuè in cap. cum apostolus, §. prohibemus, de censibus, & in c. predicator. 16. q. 1. & ibi glo. or. & commu. doct. nec obstat text. singul. in leg. fin. C. quorum bonorum. ibi. dum dicit, & lex ipsa natura successores eos facit, ubi probatur, quod nedum ascendentibus succedunt de iure naturali, sed etiam collaterales: quem ad hoc notat & commendat ibi Bald. dicens vix alibi reperiri: notat etiam & commendat ibi Ang. & alij doct. facit etiam text. in l. 1. §. hac autem. ff. unde cognati. text. in §. fin. Institut. de legit. agna tutel. facit etiam text. expressior & melior de iure, in authen. de here. & falci. §. 1. itaque collat. 1. cuius verba sunt, tanquam hoc secundum ipsam naturam eis debeatur, quale est filiis & nepotibus parentibus, atque matribus, interdum verò etiam fratribus: text. in c. si pater de testa. in 6. ibi, absque deductione trebellianica, sine partis iure natura debita. quia respondeo, quod ex eo quod cognatio dicitur inter eos ratione sanguinis ex naturali generatione, id est potest dici successio naturalis, vel aliter, & 2. quod illa iura intelligentur, quod ascendentibus & collateralibus debeatur successio de iure naturali largo modo & genericè, quia etiam inter extraneos dicitur esse quædam cognatio de iure naturæ, quia omnes ab uno patente descendimus, scilicet Adam: ita probat gloss. not. iunctio text. in leg. vt vim. in fin. ff. de iusti. & iure. ibi, & cum inter nos cognitionem quandam natura constituit: & dicit ibi gl. cognitionem, quia omnes ab Adam processimus: pro qua solu. & consideratione facit text. in l. non facile ff. de gradibus, ex quo not. potest inferri, quod ista potest esse cōcludens ratio per quam filius præfertur aucto in successione patris, ut nota. dixi in linea descendantium. Secundò potest inferri, quod lex vel statutum posset tollere successionem, immo etiam legitimam ipsis parentibus, & penitus eos excludere à successione liberorum, & præferre collaterales, vel alios cum successione tantum de mero iure positivo. Tertio infero, quod ista potest esse ratio & confirmatio ad text. in leg. 10. infra his legibus Tauri, ubi habetur, quod si quis habet filios naturales, & similiter etiam parentes potest bona sua filiis naturalibus relinquere, & parentes præterire. Quarto infero, quod ista potest esse ratio per quam potest pater pupillariter substituere filio suo in omnibus bonis, licet filius habeat matrem, & talis substitutus præfertur matri etiam in legitima sua, ut dixi supra. Quinto infero, quod licet filius non possit renuntiare successioni patris sine iuramento,

tamen pater potest renunciate successioni filij etiam sine iuramento.

Item adde, prosequendo materiam, quod prædicti ascendentibus succedunt descendantibus ab intestato secundum gradus prærogativam, unde si solus pater est, ipse præfertur: si sola mater similiter præfertur: si pater & mater pariter admittuntur excluso aucto, pro aucto, & exclusis omnibus aliis ascendentibus ulterioris gradus, & sic de singulis: text. est in Authenti. de here. ab intesta. ven. §. si igitur defunctus, versi. si autem plurimi. colla. 9. text. in Authen. defuncto. Cod. ad Tertul. cuius verba sunt, defuncto sine liberis, parentes si soli sunt, succedunt, salua gradu sui prærogativa, si pari gradu pariter succedunt: & idem disponit expressè l. 4. tit. 13. sexta par. & l. nostra. 6. Tauti. in prin. ibi dum dicit, Por su orden y linea dera-cha. Ex quo singu. & subtiliter infertur, quod in successione huius linea ascendentium, non habet locum repræsentatio, unde sicut quando concurrit pater, auus paternus, vel auia, proauus, vel proauia, & ulteriores ex linea paterna: præfertur ipse pater omnibus aliis, & sic deinceps qui est in proximiori gradu præfertur aliis. Hanc sententiam sequuntur, Palacios Rubeus hic. num. 9. Tellus Fernandez num. 16. Conarruicias in epitome success. ab intest. numero 3. vers. 4. assertio. v. cap. 29. numero 34. cum aliis quos congerunt. & sequuntur Matien. 6 ubi supra numero 12. Velazquez de Auendaño hic, glo. 2. num. 2. Item etiam si prædictus pater concurrit cum aucto, proauo, auia vel proauia, alijs ascendentibus ex linea materna, matre mortua, præfertur ipse pater aucto materno & omnibus aliis ascendentibus ex linea materna: nec tali casu auus maternus repræsentat personam matris, & sic eius filiae mortuæ, nec loco eius succedit nec subrogatur: quia tantum attenditur in hac linea prioritas in gradu: & idem est econtra ex parte mattis, quia si reperitur mater & ex linea paterna reperitur auus, vel auia, proauus vel proauia, vel ulteriores ascendentibus ipsa mater præfertur omnibus: quia reperitur esse in proximiori gradu, & sic nunquam habet locum repræsentatio: & in expresso istam conclusionem probant prædicta iura supra allegata, in quantum ponunt regulam & doctrinam, quod in hac linea proximior in gradu præferatur nec reperitur iure cautum quod habeat locum præsentatio, sicut reperitur in linea descendantium: & ex isto fundamento istam con. tenet glo. ord. in dict. Authen. de here. ab intesta. ve. §. si igitur defunctus, versicul. si autem plurimi. in glo. 1. in verbo proximi. & ibi glo. in Authen. defuncto. Cod. ad Tertul. & ibi Cinus, in prin. cip. n. 3. Bald. 1. col. in princ. Paul. 1. col. n. 3. Sal. 1. col. n. 2. qui no. & melius quam alius in hoc art. loquitur, & est ista communis opin. secundum Corneum, ibi. 2. colum. post prin. Matthe. in tractat. de success. ab intestat. §. fol. 2. colum. numero 4. versi. aut supersunt parentes dispare, & ibi additionator eius, tenet etiam Angel. in paragrapho preferuntur. Institut. ad Tertul. prima colum. Rolandinus in tra-cta. de success. ab intest. quarta colum. num. 8. & ibi eius additionator reputans notabile. Nicol. de Vbal.

*Vbal. in tracta. de success. ab intesta. 38. colum. num. 3. Pro qua communi sententia facit duplex ratio. Prima, quod non est ita debita successio linea ascendenti sicut descendenti, ut supra probavi: & istam ponit Cinus, Bal. Paul. & commun. doct. in dicta Authen. defuncto, Secunda melior & subtilior ratio est, quia in linea descendenti meritò filius subrogatur loco patris, & representat eum, quia hoc est imitari ipsam naturam, cum pars parentum descendat ad filios propter naturalem generationem. Hanc eandem rationem tradit ipse Dominus meus in primo tomo Variarum, cap. 1. num. 4. quam sequuntur Velazquez & Matienus vbi supra. argumento. l. liberorum. in ff. de verbo. signific. & in l. lege duodecim tabularum. Cod. de legi. hære. sed in linea ascendi-  
ti non datur talis subrogatio, immo nec est pos-  
sibilis secundum ipsam naturam, vnde leges  
nostræ civiles positivæ non admiserunt quod  
parentes repræsentent filios, vel descendentes  
mortuos, nec subrogentur loco eorum, cum  
ars semper imitatur naturā, & non fингit nec  
disponit contra illud quod est impossibile in  
genere, ut in lege adoptio. la 1. ff. de adoptioni-  
bus cum similibus istam rationem, licet non  
sic declaratam, ponit Salicetus in dicta Authen-  
tifica defuncto. prima colum. in fin. qui dicit  
esse tenēdam cordi, quia est decisiva quæstio-  
nis: idem Salicer. in Authentic. post fratres  
la 1. in fina. verbis. Cod. de legi. hære. contra-  
riam tamen sent. tenet expressè solus Jacob.  
Bu. originaliter in d. Authen. defuncto. in fin. q.  
imò quod etiam inter ascendentibus habeat lo-  
cum repræsentatio, sicut inter descendentes  
ratione correlatiuorum: nec obstat tex. in d.  
Authen. defuncto. & iura superiùs adducta,  
quæ dicunt quid parentes succedunt salua  
gradus sui prærogatiua, quia debent intelligi  
quod proximior in gradu in linea paterna ex-  
cludat alios de eadem linea: non verò exclu-  
dat alios de alia linea, scilicet materna, & pro-  
ximior de linea materna excludat alios de ea-  
dem linea non de paterna: & istam conclu-  
aliquando publicè disputauit in nostra insigni  
Vniversitate pluribus mediis, iuribus & ratio-  
nibus quæ in præsenti non refero: sed nunc  
firmiter teneo primam opinio. tanquam veram  
& communem à qua non est recedendum in  
indicando & consulendo, licet alia possit fun-  
dari in via disputatiua.*

7 Aduertendum tamen quod est dubium sin-  
gulare & subtile, si in successione nepotis vel  
alterius descendantis concurrat auus paternus  
& auus maternus, vel ulteriores ascendentibus  
ex linea paterna, & alij in eodem gradu ex  
linea materna an debeat fieri distinctio bono-  
rum taliter quod auus paternus succedat in  
bonis habitis & acquisitis à linea paterna,  
auus verò maternus succedat in bonis acquisi-  
tis à linea materna: & videtur quod debeat fi-  
eri prædicta distinctio bonorum, ut vñusquis-  
que succedat in bonis & habitis & acquisitis  
à linea prima, per textum singularem & vni-  
cum in l. 3. §. fin. Cod. de bonis quæ libe. iuncta  
glo. secunda expositiua, quæ incipit, tam parte,  
& iuncta gl. penultima in verbo eius. vbi vult ille  
textus secundum expositionem glossarum,

quod si in successione nepotis qui plura bona  
acquisivit ex linea materna concurrat pater,  
& exponit utraque glossa §. pater ipsius ma-  
tris & sic auus maternus, & concurrat auus  
paternus: præfertur pater, & sic auus mater-  
nus in illis bonis alteri suo paterno: & sic  
aperte probatur quod debet fieri prædicta di-  
stinctio bonorum, & per illum text. ita ex-  
pressè tenet ibi Bart. dicens illum textum esse  
singula. & non alibi. & idem tenet ibi Angel.  
in princi. l. Paulus de Castr. in fine dicens  
quod ad hoc ille textus est mirabilis & vnicus  
Idem etiam per illum text. tenet Bar. in Au-  
then. itaque Cod. commu. de succe. num. 2. An-  
gel. ibi post princip. versicul. 3. deficit. vbi di-  
cit illum textum non esse alibi. Idem Bart. in  
l. post dotem. fin. colum. & q. ff. solu. ma. vbi  
dicit illum text. non esse al. ibi Imo. fi. col. vlt.  
notabili Roma ibi. quem refert Iaso: illum etiā  
text. ad hoc dicit vnicum Angel. in §. præfe-  
runtur, Insti. ad Tert. 1. colum. versicul. hoc  
tamen fallit, & tenet etiam ibi Iason. penult.  
colum. in fin. quem vide à num. 77. usque in fi-  
nem. istam etiam con. per illum text. tenet Bar.  
in consil. suis consil. 18. 2. colum. num. 4. &  
in consil. 215. num. 13. vbi repetitur illud con.  
Pau. de Castr. in Auth. post fratres. la 1. num.  
2. Cod. de legi. hære. dicens quod ista opi. est  
æquior, & rationabilior. Bald. Nouellus in  
tract. dotis. in 12. parte principali. 14. q. fol.  
76. fere in tota illa quest. & maxime in versic.  
sed quidquid fit. 2. colum. vbi dicit, quod in  
via consulendi & iudicandi non auderet rece-  
dere ab ista opi. Bart. & aliorum: licet con-  
traria opi. posset realiter teneri in puncto iuri-  
ris: additionator Rolandini in tracta. de success.  
ab intesta. 4. colum. num. 11. Mathefilanus in  
tract. de success. ab intest. fol. 5. 3. colum ver.  
prædicta. tamen Pala. Ru. in sua rep. fol. 22. 2  
colum. num. 10. vbi dicit menti esse tenendum  
istam etiam conclu. tenet Ludo. Roma. in con.  
suis con. 40. 2. col. pro qua sen. & con. facit  
etiam text. in l. de emancipatis. in fin. versic.  
exceptis. Cod. de legi. hered. vbi disponit  
quod fratre defuncto ab intestato, frater con-  
sanguineus præfertur in bonis habitis à pa-  
tre: frater verò veterinus in bonis habitis à  
matre: in aliis verò bonis succedant æqualiter  
& ad hoc notat ibi Bart. & commun. docto.  
& no. glor. & ibi commun. opin. in Authent.  
itaque. C. commu. de succe. de quo artic. latius  
dicetur infra in linea collaterali: ergo simili-  
ter fiat ista distinctio bonorum successione af-  
fendentium. Secundò facit etiam text. in l.  
famine. & in l. cum aliis. C. de secun. nup. &  
quasi per totum, vbi disponit quod mulier  
transiens ad secunda vota, tenetur relinquere  
filiis primi matrimonij bona habita ex primo  
matrimonio, & filiis secundi matrimonij bo-  
na habita ex secundo matrimonio, nimis  
ergo si in nostro casu propter qualitatem per-  
sonarum fiat distinctio bonorum & patrimo-  
nij ipsius filij defuncti. Tertiò facit text. in l.  
si is qui ex bonis. ff. de vulgar. & pupil. vbi si  
pater relinquat directè vel indirectè plus quā  
capere possit distinctio & diuisiō bonorum,  
ut remaneant penes filium bona: & in quibus  
de iure est capax, alia verò remaneant penes

hæredes:& idem est si fuit substitutus pupi. alterius filij, quia capit bona fratri, non bona habita à patre: ex quo text. notant ibi doct. quod ex causa vel qualitate non est inconueniens, quod fiat distinctio & separatio bonorum, licet fuerint vñita in aliqua persona de cuius successione tractatur. Quarto facit text. in l. cum oportet. in princip. cum materia. Cod. de bonis que lib. vbi fit maxima differentia, an filius acquirat bona ex linea paterna ut reputentur profectitia, vel ex materna ut reputentur aduentitia, nimirum ergo si ex causa fiat etiam in nostro casu. Quinto facit tex. not. in leg. sed si plures, §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. vbi si pater arrogator substituit pupillariter filio impuberi arrogato, ad substitutum pertinent tantum bona quæ filius habuit à patre arrogatore vel conjunctis & amicis eius: alia vero pertinent ad successores legitimos ipsius arrogati. Sexto facit doctrina, Fab. in §. qua ratione ficitur de pu. subst. 3. colum. numero 7. vbi dicit quod quando pater & mater fecerunt substitutionem exemplarem filio furioso vel mente capto, substitutus, patris admittetur ad sua bona, substitutus matri ad bona peruenta ex eius linea: & pro ista sen. & com. facit hodie, expressa lex regni. 10. post. princip. tit. 6. lib. 3. foro. II. vbi expressè approbatur & confirmatur ista op. licet illa lex sit corrupta, quia deficiunt sibi aliqua verba: & ibi tenet, gl. or. in gl. 3. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam, imò quod indistincte succedat auus paternus & auus maternus in quibuscunque bonis ipsius nepotis vel descendensis vñdecunque quæsitis, & pariter admittatur nulla facta differentia, à qua linea, vel parte sint acquisita. Eandem tenet, Cumanus conf. 122. Corneus conf. 265. lib. 4. & conf. 94. lib. 1. & conf. 7. lib. 3. Castillus hic, glos. 1. Greg. in l. 4. tit. 13. p. 6. verbo, Igualmente, Conarr. in epitome success. n. 2. Mantiençus alios plures referens in dict. l. 1. tit. 8. lib. 5. gl. 3. n. 17. & gl. 5. n. 1. Greg. Lopez in l. 6. tit. 13. p. 6. gl. 10. verbo, de padre de supadre. & in expresso ista con. tenet, Petrus de Be. Per. quem nemo allegat in Auth. itaque. C. con. de success. 2. col. in vers. sed quaritur, & ibi Salic. 1. col. n. 2. Corneus, 2. col. vers. 3. adde Raph. Cuma. ibi. quem ipse Corneus refert. Istam etiam con. tenet, Bal. in d. l. 3. 2. col. n. 4. C. de bonis que libe. & ibi Corneus, 2. col. & ibi Raph. Cuma. quem ipse Corneus refert: tenet etiam Bal. in Auth. defuncto. C. ad Tert. colum. 1. n. 3. ibi Salic. 2. col. num. 6. Ang. de Aret. in §. fin. in fine, Inst. de servi. cognata. Rapha. Cuma. in con. 122. vbi dicit quod ista opinio semper sibi visa fuit verissima & indubitata. Pro quasententia & conclusione in primis facit, quia in iure nostro postquam bona sunt vñita & incorporata in patrimonio aliquius personæ, nunquam admittitur distinctio & separatio bonorum, nisi in casib. à iure expressis, argumen. text. in l. 1. §. præterea. ff. de separ. text. in l. sed si plures, §. filio impuberi. ibi iuncta enim hereditas cœpit esse. text. in l. finali in fin. C. de inoffic. testament. text. in l. eius qui in prouinciam. §. fin. ff. si cert. petat. bonus text. in l. qui Titij testamentū, ff. de his qui. vt indi. text. in §. 1. Inst. de here. quali. & diffe. notatur per gl. & doct. in lege 1. §. veteres, ff. de acquirend. posse. Secundò

pro ista parte facit text. expressas, in Anthene de here. ab intest. ve. §. si igitur defunctus. vers. si autem plurimi. colla. 9. & in Anthene. defuncto. Cod. ad Tertullum cum similibus, vbi simpliciter & indistinctè vocantur ascendentis secundum gradus prærogatiuam, nulla facta differentia vel distinctione bonorum: nec obstat text. capitalis in quo se fundabat Bart. & alij doct. in leg. 3. §. fin. Cod. de bonis quælibet. quia ille text. nihil probat. nec intellectus glo. & Bart. est verus: imò verus, planus, & realis intellectus illius text. est, quod ibi concurrendo pater & anus ipsius nepotis, ipse pater præfertur in successione tanquam proximior in gradu: qui etiam de illo iure codicis filius potest habere hæredem & eius bona deferuntur iure successionis: neque obstat etiam fundamenta superiùs adducta, quia illa procedunt in suis casibus à iure sic specialiter determinatis, neque obstat similiter prædicta lex fori, quia illa tantum debet seruari in locis, vbi vigeret illa consuetudo. Postremò & finaliter pro ista parte & mea sententia considero nouiter hodie istam nostram l. 6. Tauri, vbi, dum dicit. En todos sus bienes de qualquier calidad que sean. Secundò ibi dum dicit, Salvo en las ciudades, villas y lugares, do segun el fuero de la tierra se acostumbra tornar los bienes al tronco, o a la rayz. In quibus verbis a pertè vult ista lex, quod de iure sit vera ista mea opinio & conclusio, nisi in loco vbi consuetudo sit in contrarium, quia tunc debet seruari dicta lex fori, ut fiat distinctio bonorum & patrimonij, & ante istam legem idem videbatur velle & probare, lex 4. tit. 13. 6. part. ibi. El padre y la madre deuen heredar ygnalmente todos los bienes de su hijo. Et ista est veritas in hoc singulari & subtili articulo.

Item adde quod si in successione nepotis vel descendantis concurrent ascendentis ex linea paterna, & ascendentis ex linea materna qui sint in pari gradu, semper admittunt pro medietate, & sic in stirpes: licet dispar sit eorum numerus, vnde si reperiatur anus & auia paterna ex una parte, & solus auus vel sola auia materna ex alia, vel econtra: auus & auia paterna succedent in dimidia parte totius hæreditatis, & auus solus vel auia materna succedet in alia dimidia: & idem est econtra: Vide Gregorium idem docentem in l. 4. tit. 13. partit. 6. Palacios Rubeus hic, num. 10. Conarruuias in epitome success. num. 4. Matiençus in d. l. 1. tit. 8. libro quinto gloss. 3. n. 14. tex. est notabilis in Auth. de here. ab intesta. veni. §. si igitur defunctus, versi. si autem plurimi. col. 9. culus verba sunt, ut medietatem quidem accipiant omnes à patre ascendentis quanticunque fuerint, medietatem vero reliquam à matre ascendentis, quantoscunque eos inueniri contigerit. & ibi tenet gl. or. & commun. doct. text in Auth. defuncto. Cod. ad Tert. ibi, paternis quidem dimidia, maternis alia dimidia delata, licet sit dispar eorum numerus: & ibi notat gl. or. & commun. doct. & idem probat & disponit, lex quarta in fin. tit. 13. 6. part. licet quoad me ista sententia & conclusio sit valde dubia in reddenda ratione, attentis & consideratis superioribus. Item adde quod de iure communi fratres vel sorores filij, nepotis, vel alterius descendantis ab intestato defuncti,

defuncti admittebantur ad successionem eius una cum patre vel matre vel aliis ascendentibus pro virilibus portionibus: vide Velazquez de Auendaño hic gloss. 2. numero 3. alios congerentem. text. est in Authen. de hared. ab intest. veni. §. si igitur defunctus. versi. si verò cuius verba sunt, si verò cum ascendentibus inueniantur fratres aut sorores ex utrisque parentibus coniuncti defuncto, cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur: textus in Authen. defuncto. ver. 1. Cod. ad Tertull. & idem disponebat lex 4. tit. 13. 6. parti. prope finem: hodie tamen ista dispositio corrigitur imo fratres nullo modo succedunt cum patribus vel aliis ascendentibus defuncti, imò praeferuntur ascendentis ita expressè disponit lex septima sequens in his legibus Tauri.

Quæro tamen proxima declaratione huius legis, qualiter intelligantur illa verba, o otros que tengan derecho de les heredar: & consequenter quæ sit persona quæ possit excludere prædictos ascendentes & breuiter & resolutiue dico, quod filius naturalis vel spurius legitimatus per subsequens matrimonium, vel rescriptum principis: quia ille succedit patri vel matri, & consequitur omnia iura filij veri & legitimi ex testamento, & ab intestato & contra testamentum: vt latè dixi in l. nona & undecima infra his l. Taur. & sic iste præfertur ascendiendi superestiri. Sic hæc verba intelligit Matiençus ubi sup. gl. 6. per totam, Velazquez hic gl. 9. etiam per totam, Azeuedus in dict. l. 1. n. 64. sed quid si filius ex hæredato filio ex iusta & legitima causa extraneum instituat & patrē prætereat? quo casu extraneo excluso patrem succedere posse affirmat Azeuedus in d. l. 1. n. 65. Item & secundò dico quod ista lex in prædictis verbis potest intelligi in substituto pupillari, quia talis substitutus pupillaris datus à patre filio in potestate, præfertur matri & omnibus aliis ascendentibus ex linea materna. Itē etiam auo paterno & aliis ascendentibus eius cum nepos non sit in potestate eorum, sed tantum patris substituentis, vt latius dixi & fundavi in materia substitutionum, ubi omnino vide. Aduertendū tamen quod licet nostra lex dicat quod ascendentes succedent descendentibus, sicut ipsi descendentes succedunt eis: tamen debet intelligi vt sint hæredes & succedant iure hæreditatio, & eis debeatur legitima, sicut è contra vt supra dictum est: tamen non succedunt cum eadem qualitate priuilegio, & prærogatiua, qua ipsi descendentes succedunt parentibus. Ex quo primò infero, quod ascendentes non succedunt de iure naturali vel diuino descendentes verò sic: vt probauī & dixi in materia successionis ab intestato filiorum. Secundo infero, quod inter ascendentes non datur representatio, sed in linea descendentiū. Tertiò infertur, quod ascendentes bon. transmittunt hæreditatem descendentiū sine aditione ex potentia suitatis neque sanguinis: sicut è contra, vt notabiliter dixi in materia transmissionum. Quartò infertur quod inter ascendentes succedentes descendentiū non habet locum collatio, licet inter descendentes sicut plenè dico in leg. 29. infra his legibus Tauri.

Aduertendum tamen quod licet ascendentes succedant descendentibus secundum sui gradus prærogatiuam, & quando sunt in pari gradu æqualiter admittantur, vt dictum est tamen pater, auus, vel ascendens qui habet vsumfructum in bonis filij nepotis, vel alterius descendantis ab intestato defuncti, debet præferri in eo: Videas Velazquez de Auendaño hic gloss. 6. numero 2. Matiençum in leg. 1. tit. 8. lib. 5. gloss. 3. numero 1. usque ad 21. vbi latissimè id prosequitur: & cum debet habere præcipuum per tempus vitæ suæ. Idem tenet Pinellus in l. 1. par. 1. numero 39. Cod. de bonis mat. Matiençus in l. 9. tit. 1. lib. 5. Recopil. gloss. 1. vbi per totam congerit sex casus in quibus pater vsumfructum bonorum filij habere potest: cuius ratio est, quia sicut per mortem cuiuscunque extranei proprietarij non finitur neque extinguitur vsumfructus, vt est casus in leg. 3. in fine. Cod. de vsumfructu. cum similibus: ita etiam per mortem filij non extinguitur vsumfructus quæsus patri, auo, vel ascendiendi in bonis eius: textus est notabilis in leg. fin. versicul. sin verò defuncta persona. Cod. ad Tertul. quem ibi ad hoc commendat Bart. Bald. Ang. Pau. Cornel & commun. doctor. & per illum text. tenet gloss. ordin. in dict. l. tertia Codice de vsumfructu. & ibi Petrus de B. l'a per. Cinus, Bartol. Bald. commun. doctor. gloss. in l. seunda. Cod. de bonis maternis. & ibi Bartol. Alber. Bald. Salicet. & commun. doctor. textus in l. final. versicu. fina. Codice commun. de success. & ibi notat gloss. Bartol. Bald. & commun. doctor. text. in l. tertia §. fi. C. de bonis quælibet. & ibi commun. doctor. textus in l. quarta versicul. parentibus. eodem titu. text. melior de iure in l. fin. §. filii autem eod. tit. cuius verba sunt, filii autem familias in his duntaxat cāsibus in quibus vsumfructus apud parentes constitutus est donec parentes vivunt, neque de eisdem rebus testari possunt, neque citra voluntatem eorum quorum in potestate sunt villa licentia eius concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare. text. in l. fina. Cod. de vsumfr. text. in Authent. de hared. ab intest. veni. §. 1. colla. 9. & ibi expressè notat Bart. & alij docto. tenet etiam Angel. in §. præferuntur. Inst. ad Tertul. 1. colum. additionator Rolandini in tracta. de success. ab intestat. colum. numero 12. Nec huic opinioni obstat si dicatur quod hoc videretur falsum cum patria potestas cesset & extincta sit per mortem filij, ergo expiret vsumfructus qui causatur ab ea: quia notabiliter respōdeo quod patria potestas benè requiritur ad principium & causam acquisitionis, non tamen requiritur in processu durationis & continuationis: istam rationem tāquam notabilem ponit solus Bal. in l. tertia. Cod. de vsumfr. in fin. idem Bald. in l. 2. Cod. de bonis maternis. idem Bald. in l. 3. in fine Cod. de bonis quæ liberis. pro qua subtili ratione facit bonus text. in l. si is qui animo. ff. de posse. vbi licet in acquisitione possessionis requiratur corpus & animus, tamen postquā semel est quæsita nō requiritur in eius perseverātia & duratione facit etiā text. in l. nunquā. §. si vi aut clam. ff. de vsumfr. text. etiā not. in l. item illa. §. quod adiicitur. ff. de constit. pecun. vbi si quis

quis se constituit soluere quod alter debet, sufficit quod tempore constituti subsit debitum, licet postea cesseret mediante præscriptione causa in persona primi debitoris: facit etiam text. singularis in l. mora rei. ff. de verbo obliga. vbi habetur quod licet à principio non possit esse obligatio fideiussoria sine principali: tamen postquam est contracta bene remanet & durat: & ad hoc summè notant & commendant ibi doctores. facit etiam text. in l. 2.C. de luitione pignoris. vbi sublata obligatione principali remanet hypothecatia. text. etiam in l. sicut §. f. ff. quod cuiusque uniuersitatis nomi. vbi habetur quod licet vniuersitas non possit ab initio per unum constitui, tamen si iam fuerit constituta, & perueniat ad unum tantum per eum solum potest retineri: hinc quod filio ingresso religionem, licet per hoc sit exemptus à patria potestate, ut dicit gl. notabilis, & ibi Bartol. & communis opinio. in l. si ex causa Papinianus. ff. de mino. vel efficiatur Episcopus, ratione cuius liberatur à patria potestate, ut in Authent. sed Episcopalis dignitas. Cod. de Episcopis & Cleri, tamen pater non amittit usumfructum quem habet in bonis filij, in expresso ita tenet Pala. Ru. in sua repetitione. folio 24.2.col. num. 15.

12 Ex quibus infero 1. & notabiliter quod licet in successione filij pater & mater pariter admittantur cum sint in eodem gradu, ut supra conclusum est, tamen debet intelligi respectu proprietatis, secus verò est respectu usus fructus, si filius erat in potestate, quia in eo præfertur pater per tempus vitæ suæ & postea consolidabitur æqualiter cum proprietate text. est notabilis in leg. in fin. versicul. sin verò defuncta persona. Cod. ad Tertu. cuius verba sunt, sin verò defuncta persona in sacris patris constituta, decesserit: pater quidē usumfructum quem viuente filio habebat, teneat donec viuat incorruptum. & ibi expressè notat Bartol. in fine. Et teneo pro constanti quod etiam hodie in nostro regno ista conclu. procedat quia non reperitur in contrarium dispositum circa hanc & sequentem illationem vide Velazquez de Auendaño hic glo. 6. & Matiensem in dict. l. 1. gloss. 3. numero 18. Secundo infero quod quando concurrerent alij ascendentis in æquali gradu, puta auus paternus & maternus, quod præferitur paternus in ususfructu eadem ratione: hodie tamen in nostro casu iste casus non posset verificari nec habere locum, cum per contractum matrimonij filius qui iam est mortuus, fuit emancipatus per l. 48. infra his ll. Tauri. ergo nepos natus ex eo non potest esse in potestate aui, & sic pariter succedent auus paternus & maternus iu proprietate & ususfructu: posset tamen subtiliter etiam hodie iste casus verificari & procedere quando filius qui mortuus est decessit tantum despontatus per verba de præfenti, reliquo filio vel filia ex eo & sponsa: quo casu si postea decebat talis filius vel filia, & sic nepos reliquo auo paterno & materno præfertur auus paternus in ususfructu, quia nunquam filius eius defunctus de potestate sua, cum non fuerit realiter velatus & vxoratus: ut plene & no. probauit & dixi in dict. leg. 48. in-

fra his legib. Tauri. Tertio infero quod quando in successione filij defuncti concurreret pater eius & auus paternus, quod licet pater eius debeat præferri in successione tanquam proximior in gradu tamen debet intelligi respectu proprietatis: secus verò respectu ususfructus quia in eo præfertur auus ratione patriæ potestatis, & hoc de iure communi: cum utique tam filius quam nepos sit in potestate aui, & in expresso quod isto casu præferatur auus in ususfructu per tempus vitæ suæ, est text. expressus secundum verum proprium intellectum. in l. 3. §. f. C. de bonis quæ libe. ibi ususfructus videlicet & in huiusmodi casibus audeum supererit reservando: hodie verò in nostro regno iste casus & concl. non procederet cum per contractum matrimonij filius & sic pater nepotis defuncti habeatur pro emancipato, nisi in casu quo tantum fuerit despontatus & non velatus vel vxoratus, quia tunc posset procedere ut supra proximè dixi. Quartò infero quod quando in successione filij defuncti ab intestato, concurreret pater & filius ipsius defuncti, quod tunc licet filius debeat præferri tanquam proximior ex linea descendenti, tamen pater defuncti debet præferri in ususfructu ratione patriæ potestatis: & in expresso pro hac senten. & con. est tex. formalis in l. fin. versic. fin. Cod. com. de succe. cuius verba sunt, in omnibus videlicet casibus, sed in superstitio sobole liberorum & fratribus adhuc viuentibus qui ad hereditatem defuncti patrem antecedunt ususfructu rerum quarum dominium ad eos peruenit apud parentes permanens. & ibi ad hoc notat gloss. ord. & con. do. text. etiam expressus in authent. de hered. ab intest. ve. §. 1. col. 9. hodie tamen iste casus & concl. non potest verificari nec habere locum in nostro regno cum filius defunctus fuit liberatus à potestate patris per contractum matrimonij, nisi in casu quo decederet despontatus & non velatus ut dictū est: quia tunc pater non amisit usumfructum cum non fuerit exemptus à potestate paterna per supradicta, imò etiam si nepos succederet de iure in proprietate & ususfructu, acquireretur ususfructus patri & sic auo, & per consequens in omnibus aliis bonis quæ pertinenter ex qualibet causa ipsi nepoti, cum sit in potestate aui, ex eo quo natus est ex filio non emacipato nec exempto à potestate paterna, ut latius dixi in d. l. 48.

Ex quib. se offert pulchra & valde subtilis quæst. si filius qui est in potestate patris hodie in nostro regno fecerit testament. pro ut potest, ut in l. 5 supra his leg. Tauri, & in eo instituit patrem heredem in sua legitima, hoc est duabus partibus totius hereditatis, & tertiam part. 2. reliquit extraneo, vel pro anima, vel tandem distribuit quo modo voluit iuxta dispositionem text. in 6.l. Tauri. Si in illa tertia parte retinebit pater usumfructus, qui antea sibi competebat taliter quod dispositio filij quæ fecit de ea re intelligatur tantum, respectu proprietatis, vel si tercia pars alteri reliqua pertinebit ei pleno iure tam in proprietate quam in ususfructu: & certe videtur dicendum quod pater in ea debet retinere usumfructum per tempus vitæ suæ, & alteri tantum pertinebit proprietas

proprietas, nec de ea potuit filius pleno iure disponere. Primo per iura expressissima superiora, quibus probatur quod per mortem filij non amittit pater usumfructum quem habet in bonis filij, & quando concurrit mater vel alius cum eo in successione, semper preferitur pater in usufructu. Secundo & in specie, quia quando per l. vel statutum conceditur filio licentia testandi, debet intelligi salvo semper usufructu, vel iure, quod pater habet in bonis filij, ita expressim determinat Bald. in l. si queramus. ff. de testam. in finalibus verbis. argumento text. in leg. cum maritus §. fin. ff. de pactis dota. & in leg. ex facto. in princip. ff. de vulgar. & pupil. tenet etiam Ioann. de Imol. in c. 2. extra de testament. 7. col. numero 28. tenet etiam & commendat Ang. de Gambellionibus, in tract. de testament. 1. colum. numero 12. confirmatur etiam ex sententia Battol. in l. 1. Cod. de sacro sanct. eccles. 4. quest. prima questionis principalis, ubi tenet quod licet damnatus ad mortem possit facere testamentum ex priuilegio vel alijs, tamen non possit testari in praeiudicium illorum quibus applicantur bona, per Authent. bona damnatorum. Cod. de bonis proscript. quia non debet intelligi in praeiudicium eorum: idem tenet etiam Abb. in rubr. de testament. in fin. Tertio pro ista sent. & con. considero gloss. nota. in l. fin. C. de sens. passis, in verbo patre. §. in fin. ibi salvo tamen usufructu patris. ubi dicit quod si pater deportatus est, & per hoc filius eius exemptus est a potestate sua, & fecerit testamentum ante restitutionem patris, valebit circa propria bona ipsius filij, scilicet Castrenia vel quasi, & aduentitia respectu proprietatis: non vero circa usumfructum quem pater habebat in eis. Quartò & finaliter facit tale fundamentum, certum est quod licet a iure quis habeat liberam & plenam facultatem testandi, tamen debet intelligi sine praeiudicio tertij: & in dubio talis facultas debet intelligi & restringi ad ius quod habet in rebus suis, text. est in l. fi. C. de hære. insti. text. in l. cum maritus. §. fi. de pactis dota. & in l. si donis §. fi. ff. de leg. 1. tex. in l. si serui electione. §. fi. eod. tit. tex. in l. quod in rerum §. 1. eo. tit. tex. in l. uxori patrui. C. de lega tex. in l. fideicom. §. quanquam ff. de lega. 3. bonus tex. in l. 1. ff. de milit. testam. per quem dicebat ibi Bald. quod licet aliquis actus committatur in meram voluntatem alicuius non videtur ei concessum ut fiat cum praeiudicio iuris alterius.

14 Contrariam tamen sententiam & conclusionem ego teneo pro verissima, imo quod illa tercia pars pertineat tam in usufructu quam in proprietate ei cui relicta est. Primo quia est nostra lex 6. Tauri, simpliciter & indistincte dicit & permittit quod filius possit disponere de tercia parte bonorum suorum, ergo non minus intelligatur in usufructu quam in proprietate. Secundo etiam considero & pondero istam nostram legem sextam in quantum dicit, quod filius possit disponere de predicta tercia parte pro anima sua, vel pro alia qualibet causa: sed non est verisimile quod talis dispositio pro anima debeat suspendi usque ad mortem patris, cum antea non expiret usufructus: nec obstat si dicatur, quod posset vendi & alienari proprietas illius ter-

tiae partis, quia respondeo quod licet proprietarius extraneus possit vendere proprietatem in iure fructuario, ut in l. locum. versicu. proprietarius. ff. de usufruct. & in l. secunda. Cod. cod. titu. & in l. fundi Trebatiani. ff. de usufruct. lega. & in l. iusto. §. non mutat. ff. de usufruct. & in l. tercua. §. si hæres. ff. usufruct. quemadmod. cane. tamen filius proprietarius nullo modo potest vendere, vel alio titulo alienare proprietatem suam in iure fructuario, propter reverentiam patris, & ut pater non habeat extraneum & inquietum proprietarium: text. est formalis & expressus in l. fina. §. filii autem Cod. de bonis qua liber. Tertio & subtiliter facit, quia cum de iure communi legitima patris sit quarta, & de iure Authentic. sit tercio, quia cum fuit aucta in filiis, ita in ascendentibus, ut determinat gloss. iuncto textu in authen. nouissima. Cod. de inoffic. testament. & ibi communis opinio: tamen hodie de iure nostri regni per istam nostram leg. 6. legitima parentum sunt duas partes omnium bonorum: & de tercia tantum potest filius disponere: ergo cum pater nimis sit honoratus per nostram leg. nimirum, si per eandem possit in illa tercia sibi afferri usufructus. Quartò facit optimus text. benè ponderatus in Authent. de hæredit. ab intesta. veni. §. si vero cum ascendentibus versic. nullum usumfructum. collat. 9. ubi disponitur quod eo casu quo succedunt parentes alicui filio cum aliis filiis fratribus defuncti, non habent parentes usufructum in illa parte & portione in qua succedunt ipsi fratres, ex eo quod in recompensam parentes succedunt in sua parte, tam in proprietate quam in usufructu: ad idem est text. in Authent. item hæreditas. Cod. de bonis qua liber. ergo in nostro casu & quest. cum ista nostra lex 6. Tauri, si dederit patri amplam legitimam, merito potuit in illa tercia parte ei afferre usufructum in pleno iure possit filius in quem vellet de eo disponere. Quinto facit etiam lex §. supra proxima, quæ dicit quod filius familiæ possit testari & disponere, ac si non esset in potestate. Sexto etiam probo per istam nostram l. 6. quæ dicit, quod filius familiæ possit testari & disponere de tercia parte bonorum suorum cuiuscunque qualitatis sint, ergo benè sequitur quod poterit disponere de practica tercia parte, tam in usufructu quam in proprietate: ex qua sententia & conclusione infero, quod si filius habet patrem & matrem, & illam tertiam prælegat matri, quod pertinebit matri pleno iure tam in usufructu quam in proprietate. Hanc domini mei sententiam sequuntur, Menchaca de success. progressu lib. 1. §. 1. num. 31. Azeuedus in leg. 4. tit. 4. lib. 5. nona Recop. qui in praxi seuandam assertit, verum contrariam sententiam causa diligentius examinata videtur tenere dominus meus in leg. 48. infra his legibus numero 7. Gregorius in l. 13. tit. 1. p. 6. verbo, que esta in poder, Pinellus in l. 1. C. de bonis mater. 1. p. num. 44. Perez in leg. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam gloss. 1. colum. 3. verbo, intellige tamen. Tellus hic num. 3. & 4. Peralta in Rub. de hæred. instit. n. 180. Rojas de success. ab intest. c. 29. n. 23. Mieres de Maioritatibus 1. p. q. 1. num. 46. Molina lib. 2. c. 9. n. 22. usque ad 24. Matienus

in l. 4. tit. 4. lib. 5. gloss. 3. num. 3. & gl. 4. n. 1. Velazquez hic num. 14.

15 Item etiam infero quod si filius simpliciter instituat patrem & matrem simul & coniunctim, quod licet in omnibus bonis pater debet retinere usumfructum per tempus vitae suae, ut supra conclusum est, tamen in dimidia parte illius tertiae partis bonorum, quae ad matrem pertinet, non habebit pater usumfructum, cum respectu eius, filius liberè potuit testari & disponere.

16 Postremo & finaliter notandum est ex nostra leg. in fin. quod licet ascendentibus succedant, descenditibus, ut suprà dictum est, tamen si in aliquo loco sit constitutum, vel consuetudo, quod bona habita ex linea paterna referuntur solis parentibus ex illa linea, & bona habita ex linea materna referuntur solis parentibus ex ea, valet & tenet, & est seruanda: Idem tenet Castillus hic verbo, el fero de la tierra, Palacios Rubeus, num. 35. Gomez Arias num. 280. Matiençus in dict. l. 1. tit. 8. lib. 5. gloss. 9. num. 2. & 3. Velazquez hic gloss. 11. numero 1. cum sequent. & ita disponit nostra lex: circa quam quero, an habeat locum tantum ab intestato ut etiam contra testamentum, quando cuilibet parenti non relinquitur quod est à sua linea prouentum: & videtur quod utroque casu habet locum ista lex, quod probat nostra lex, inquantum quod ascendentibus sint legitimi successores descenditibus ex testamento, & postea dicit, salvo en las ciudades villas y lugares, do segun el fero de la tierra se acostumbren tornar sus bienes al tronco. Ergo ad utrumque casum refertur: sed his non obstantibus ego teneo contrarium, imo quod nostra lex & eius dispositio in hoc tantum habeat locum ab intestato, & non contra testamentum. Primo quia alias esset auferre libertatem testandi. Secundo quia ab intestato defertur hereditas ex legis dispositione, unde illo casu nostra lex videtur loqui, facto vero testamento testator sibi prouidet relictis legitima necessaria, & lex se non intromittit hoc casu: & ista est veritas.

### TEXTVS VII.

**E**l hermano para heredat ab intestato à su hermano no pueda concurrir con los padres, o ascendientes del defunto, Id est: Frater non admittatur ut heres sit fratriss ab intestato (decedentis) una cum parentibus aut ascendentibus defuncti.

### S V M M A R I V M.

2 Fratres vel sorores descendantis, an admittantur una cum ascendentibus.

### L E X V I I .

**N**ota dispositionem huius legis. Pro cuius perfecta intelligentia praesuppono, quod de iure communi fratres, vel sorores filii neboris, vel alterius descendantis ab intestato defuncti admittebantur ad successionem eius, una cum patre vel matre, vel aliis ascendentibus pro virilibus portionibus, textus

est in Anth. de hered. ab intestata. veni. 5. si igitur defunctus. versic. si vero. colla. 9. cuius verba sunt, si vero cum ascendentibus inueniantur fratres aut sorores ex utrinque parentibus coniuncti defuncti, cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur, & ibi gloss. ord. & comm. doct. tex. in auth. defuncto. versi. 1. C. ad Tert. & ibi etiam communis doct. text. in l. 4. tit. 13. 6. p. hodie tamen ista dispositio juris communis corrigitur per nostram legem, quia fratres vel sorores nullo modo succedunt cum ascendentibus, & certè nostra lex nullam aliam materiam continet.

### T E X T V S VIII.

**M**andamos que succedan los sobrinos cum los tios ab intestato a sus tios in stirpen y no in capita. Id est: Precipimus ut nepotes ex fratribus ( Hisp. Sobrini ) una cum auunculis succedant auunculis ab intestato in stirpem, non in capita.

### S V M M A R I V M.

- 1 Quomodo succedant collaterales.
- 2 Quomodo cognoscetur quod quis sit proximior in gradu.
- 3 An sit sublata differentia agnationis & cognationis.
- 4 An cum bona conscientia possit testator instituere extraneum & excludere consanguineos collaterales?
- 5 Agnati & cognati usque ad quem gradum succedant.
- 6 Hereditas indivisibilis an pertineat ad collateralem in remotissimo gradu.
- 7 Licet proximiores in gradu quando sunt in pari gradu aequaliter admittuntur, si in aliquo reperiatur maior qualitas, an ipse preferatur?
- 8 An ista maior qualitas attendatur ultra fratrem & filios fratrum?
- 9 Si testator instituit fratres suos simpliciter, an admittantur utrinqe coniuncti tantum vel etiam admittantur fratres ex uno latere?
- 10 An habeat locum representatio inter collaterales.
- 11 Si decebat quis relictis filiis ex pluribus fratribus iam defunctis, an succedant in stirpes, vel in cap. ita n. 11. & 12.
- 12 Intellectus huius legis octaua. n. 13. & 14.
- 13 Si quis instituat fratrem & filios alterius fratribus defuncti, an videantur instituti in stirpes vel in capita n. 15. 16.
- 17 Si testator dicit simpliciter, instituo fratres meos heredes, si videtur instituisse etiam filios fratris mortui.
- 18 Si plures sint in eodem gradu, an succedant in stirpes vel in capita.
- 19 An filius ex filio maiori mortuo preferatur filio secundo ultimi possessoris.
- 20 Deficiente linea collateralium an succedat vir & uxor?
- 21 Quando dicitur quod uxor succedat, admittatur sponsa de presenti?
- 22 Ad hoc quod vir & uxor succedat, an requiratur quod duret matrimonium & non fiat diuorsum?
- 24 Pupillus si decebat sine agnatis, vel cognatis, an succedat tutor testamentarius vel datus?

25 Si

25 Si quis decebat ab intestato in hospitali, an succedat hospitale?

26 Si quis decebat ab intestato non relictis consanguineis ex aliqua linea, an succedat?

## L E X V I I I.

**N**ota dispositionem huius legis, & postquam sup. in l. 6. visum est de successione inter ascendentibus, nunc in ista lege necessarium est videre de successione ab intestato inter collaterales. Pro cuius perfecta intelligentia & declaratione, dico quod presuppono quod collaterales succedunt ab intestato collaterali suo defuncto, secundum sui gradus prærogatiuam & proximitatem: vnde ille qui tempore mortis reperitur proximior præferatur in successione. Vide Matiençum alios congerentem, in l. 5. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloss. 1. n. 1. text. est in l. 2. §. hereditat. ff. de suis & legi. hære. cuius verba sunt, hereditas proximo agnato, id est, ei quem nemo antecedit, defertur. textus in l. Iurisconsultus, & quasi per totum, ff. de gradibus, textus in l. 1. § proximus, ff. unde cognata. textus in l. lege duodecima tab. versi. huiusmodi, Cod. de legi. hære. textus in §. 1. Instit. de legi. agna. succe. textus in § proximus, eod. tit. in §. si plures, eodem tit. textus in §. fina. versic. toties, Instit. de serui. cognata. textus in l. quoties utrinque, Digestis de regul. iur. textus in regula, qui prior de regul. iur. in 6.

2. Et ad cognoscendum quis sit proximior in gradu, semper debet fieri computatio incipiendo ab illo collaterali, qui vult succedere, & faciendo ascensum ad patrem vel alium ascendentem communem à quo descendunt, & postea facere descensum ad defunctum collateralem, de cuius successione tractatur: & in hoc gradu censentur esse, vnde in linea collaterali non potest dari primus gradus, sed computatio incipit à secundo gradu, & sic fratres sunt inter se in secundo gradu, & deinceps alia persona adiecta facit alium gradum: textus est in l. 1. ff. de gradibus, ibi ex transuerso sine à latere nullus est primus gradus, ideo incipit à secundo, textus in l. Iurisconsultus, versi. sunt ex laterib. & in versi. idem faciendum, ff. de gradibus textus in §. 2 gradu Inst. eod. tit. Hanc computationem sic fore facienda testatur Gregor. Lopez in l. 3. tit. 6. par. 4. Matiençus in d. l. 5. tit. 8. lib. 5. gloss. 1. num. 4. Si verò plures collaterales sint in eodem gradu, tunc omnes pariter admittuntur: & licet de iure antiquo siebat differentia, an essent agnati descendentes per lineam masculinam, vel cognati descendentes per lineam foemininam, quia agnati tantum succedebant exclusis cognatis licet proximiiores essent. Sed dubitari solet utrum proximitas hæc attendenda sit respectu ultimi possessoris vel respectu primi fundatoris, & attendendam esse respectu ultimi possessoris tenet Socin. in l. si Cognatis n. 40. ff. de rebus dubiis, & in l. hæredes mei, §. cum ita numero 21. ff. ad Trebellian. & consi. 73. numero 14. lib. 4 & consi. 43. libro 3. & consi. 86. n. 11. libro 3. Corneus consi. 22. libro 2. & consi. 95. lib. 1. Curtius junior consi. 115. num. 4. Antonius Rubens consi. 36. cum duobus sequentibus, late

Ant. Gomez ad Leg. Tauti.

Marianus Socinus consi. 126. lib. 1. numero 36. Gozadinus consi. 4. numero 17. & 31. Tiraquelius de retractu lib. 1. §. videamus, glossa prima, in fin. Clarus lib. tertio, §. testamentum, quest. 76. numero 14. vbi hanc appellat communem, & nullo modo ab ea recedendum in iudicando & consulendo, Alciatus consi. 480. num. 12. & consi. 610. numer. 4. Beroius in cap. in praesentia numero 417. de probationib. Menchacalibro 3. §. 26. numero. 11. Aluarius Valascus de iure emphyteutico question. 50. num. 34. Molina lib. 3. de primogeniti cap. 9. per totum, & lib. 1. cap. 6. n. 47. & libro tertio, capit. 4. numer. 14. Gregorius Lopez in l. secunda, titulo 15. part. 2. in verb. el mas propinco pariente, ad fin. in verbo, nota item. Valle. consi. 100. num. 10. & 18. Pelaez in tractatu maioratum, 2. part. quest. 8. Parisius consi. 2. num. 4. volumine 1. Burgos de Paz consi. 29. & 8. & 41. & 51. Matiençus in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopil. gloss. 2. num. 1. fol. 354. verbo, y alguno de aquel abolengo & in l. 8. titulo 11. lib. 5. gloss. 3. fol. 375. verbo, otro pariente propinco, Mencha- ca l. 2. §. 27. num. 4.

Item etiam cognati non admittebantur de iure ciuili, sed tantum de iure prætorio, vt l. 1. & per totum, ff. unde legitimi, & in l. prima, & per totum, ff. unde cognati, & in l. prima, & per totum, Cod. unde legitimi, & unde cognati, & in §. primo, & per totum Institut. & legit. agnat. success. & in §. 1. & per totum, Institut. de success. cognata. tamen hodie de iure novo Auth. in indifferenter succedunt agnati & cognati secundum gradus prioritatem sine aliqua differentia agnationis vel cognationis: textus est in Authen. de hæred. ab intest. veni. §. nullam verò coll. 9. ibi, siue per masculi siue per foemina personam defuncto iungebantur, sed in omnibus successionibus agnatorum cognatorumque differentiam vacare præcipimus, & ibi comm. dott. Idem docet Matiençus in d. l. 5. tit. 8. lib. 5. gl. 1. n. 4. 5. Couar. in epitome successionum, n. 11. Dubium tamen est an cum bona conscientia in testamento possit defunctus alium extraneum instituere, & consanguineos suos collaterales omnino præterite, & similiter an ipse hæres institutus licet & cum bona conscientia possit bona retinere. Et breuiter dicendum est quod si consanguinei sunt diuites, potest licet instituere quemlibet extraneum: si verò sunt pauperes, non potest cum bona conscientia instituere extraneum diuitem: si verò aequali paupertate sunt constituti, tunc sint præferendi consanguinei, vt eos teneatur testator instituere: argumento, tex. in cap. si quis reliquerit 30. distin. & in terminis ita tenet, Ancharranus, in capit. malæ fidei possessor, de regul. iur. in 6. question. principali. Ioann. Fab. in §. primo, Institut. de hæred. que ab intesta. defe. & facit illud Augustini, si quis habet consanguineum pauperem & extraneum instituit hæredem, aliam querat pro consilio quam Augustinum. Item adde quod licet in successione ab intestato descendant in infinitum ascendentibus suis.

Item etiam ascendentibus succedant in infinitum descendentibus suis, quando vita eorum produci & extendi possit natura vel Dei miraculo: vt in Authen. de hæred. ab intesta. ve. Paragr. 1. coll. 9. ibi, cuiuslibet natura aut gradus.

& in Paragrapho si igitur defunctus, & ibi gloss.  
& commun. opin. text. in §. intestatorum Institut.  
de hered. quæ ab intesta. defe. & ibi etiam gloss.  
& commun. opin. & tenet & commendat Bald. in  
l. fin. Cod. unde legitimi §. colum. num. 17. & ibi  
alij doctor.

5 Tamen in collateralibus gradus successio-  
nis coarctatur, quia agnati succedebant usque  
ad decimum gradum, cognati vero usque ad  
sextum ut in §. fin. instit. de success. cogn. quem  
ad hoc notant & commandant ibi doctores,  
& dicit meliorem de iure Ang. & illum tex-  
tum ad hoc reputat singul. *Matthea*. in tractat.  
de success. ab intestat. undecimo folio secundo,  
column. num. 30. similis tamen est in l. 1. §. hoc  
autem, ff. unde cognati. & in l. non facile, ff. de  
gradibus, hoc vero cum sit sublata differentia  
agnationis, & cognitionis ut in dict. *Auth.* de  
hered. ab intesta. veni. §. nullam vero colla. 9. tam  
agnati quam cognati succedunt usque ad de-  
ciuum gradum: vide *Couarruia*. idem tenentem  
in epitome success. numero undecimo *Matiensem*,  
vbi supra gloss. 1. numero 2. & ita determinat  
gloss. ordin. in dicto §. fin. Instit. de success. cogn.  
in gloss. in fin. & ibi *Faber*, Ang. & commun.  
doctor gloss. in *Authent.* in successione, Codice de  
suis & legi. liber. & ibi *Bart.* & alij doct. gloss. in  
*Authent.* de hered. ab intest. veni. §. si vero nec  
fratres colla. 9. & tenet *Azo* in summa Cod. de  
legi. hered. 2. column. num. 13. *Dinus* in tracta. de  
success. ab intesta. pen. column. *Rolandinus* & eius  
additionator in tractat. de success. ab intest. 7. co-  
lumn. num. 21. *Bart.* in l. fin. Cod. unde legi. 3. co-  
lumn. num. 2. *Ang.* ibi 1. column. *Salic.* 1. column  
numero 4. *Bald.* 2. column. num. 17. *Alexand.* 1.  
col. num. 3. *Cornel.* 1. col. n. 3. *Iaso.* 2. col. versic. 5.  
principaliter limita. *Decius* 3. colum. num. 10. &  
idem disponit lex. 6. titul. 13. 6. part. prope fi-  
nem, quæ tamen communiter reperitur cor-  
rupta; quia dum dicit, *dezeno*, debet dicere  
*dezeno*. Ex quo infero nouam & singularem  
declarationem ad l. 27. infra his ll. Tauri: vbi  
dicitur quod si filius melioratus potest gra-  
uari in fauorem aliotum filiorum, & in defe-  
& cum eorum in fauorem ascendentium, & in  
defectum eorum in fauorem consanguineo-  
rum, & in defectum eorum in fauorem extra-  
neorum, ut consanguinei intelligantur usque  
ad decimum gradum, & aliquo non existente  
usque ad illum gradum, liberè possit pater  
grauare filium melioratum in fauorem extra-  
neorum.

6 Quod tamen singulariter & nouiter est  
intelligendum, quando tractatur de suc-  
cessione simplici & particulari: secus tamen est  
si tractaretur de successione regni, ducatus,  
marchionatus, vel alterius cuiuslibet mai-  
oratus: quia tunc succedunt quicunque colla-  
terales usque in infinitum, secundum gradus  
prærogatiuam, nulla facta coarctatione gradus,  
vnde si moriatur rex, dux, comes, marchio,  
vel possessio maioratus, reliquo aliquo agna-  
to vel cognato, in remotissimo gradu etiam  
millesimo non debet excludi: sed admittetur  
ad successionem: Idem tenet *Gregorius* in  
sesto titulo 13. part. 6. verbo: *dezeno* grado.  
*Catelianus Cota* in ultimis memorabilibus in  
verbo, agnati. *Couarruia* in epitome success.

numero duodecimo & communem esse testatur  
idem *Couarruia* libro tertio variarum resolut.  
capit. 5. numero 4. vidéque *Matiensem* latius  
id tractantem pluresque alios allegantem, vbi  
supra numero 3. & ita singulariter determinat  
*Bald.* per text. vbi in capitul. 1. de feudo marchie  
1. colum. in fin. versicul. quod nota valde, &c. Ean-  
dem etiam conclu. tenet *Jacob.* *Aluarotus* in  
eodem capit. §. fin. capitanei pen. column. ver. &  
suprà dicta sunt valde notanda, illud etiam di-  
ctum reputat unicum & alibi non reperiiri  
*Iaso.* in l. fin. Cod. unde legitimi 2. colum. tenet  
etiam & reputat singulare *Philippus Decius*  
in dicta l. fin. 3. colum. numero 8. *Cepola* in can-  
tela 95. tenet etiam & valde commendat *Gu-  
lielmus de Monte ferrato* in tractatu de suc-  
cessione regum 3. fol. versic. ex quibus, tenet etiam  
& reputat valde singular. *Ioannes le Cirier*, in  
tractat. de primogenitura, in l. lib. 8. question. 1.  
colum. numero 3. *Jacob de san. Geor.* in tractat.  
feudorum. in parte quid sit rex 2. fol. numero 6.  
*Roderic.* *Suarez* in repetitione legis, quoniam  
in prioribus: Cod. de inoffic. testament. fol. 86. 1. co-  
lum. vers. in successione regni *Philip. Decius* con-  
sil. 85. 2. colum. num. 3. 1. volum. pro qua ego  
considero, l. secundam in fin. tit. 15. Sed aduer-  
tendum subtiliter quod ista sentent. & con-  
clus. clarè procederet quando iste successor  
collateralis, qui reperitur in remotissimo  
gradu, esset de descendentib. ex primo funda-  
tore, à quo regnum vel maioratus habuit  
initium, quia licet sit collateralis respectu  
ultimo possessoris defuncti, optimè tamen  
admittitur ad successionem, quia semper di-  
citur descendens à primo fundatore, & in  
linea descendenti non debet considerari gra-  
dus, sed omnes succedunt usque in infinitum:  
ut suprà dictum est, & confirmatur bene per  
text. cum materia in l. unum ex familia de le-  
gat. 2.

Sed si iste successor collateralis qui reper-  
tur in prædicto remotissimo gradu non sit  
descendens à primo fundatore, sed sit col-  
lateralis ultimo possessoris defuncti, & si  
militer primi fundatori ex cuius persona &  
dispositione effectus fuit transitus ad colla-  
terales eius propter defectum descendentium,  
tunc non deberet admitti ultra decimum  
gradum: quod probo à sufficienti partium  
enumeratione, quia aut iudicamus hanc suc-  
cessionem secundum naturam feudi, & talis  
collateralis non debet succedere ultra  
septimum gradum: ut in capite primo Para-  
grapho pen. vers. hoc quoque sciendum est, de  
his qui feundum dare possunt in usibus feudorum,  
& ibi *Andreas de Isernia.* *Bald.* & communi-  
ter feudista, si vero iudicamus hanc suc-  
cessionem secundum ordinariam & heredita-  
riam successionem, non potest admitti ultra  
decimum gradum, cum ulterius non exten-  
datur successio collateralium, ut supra con-  
clusum est.

Sed certè in hoc tam subtili & dubio ar-  
ticulo, ego simpliciter & indistinctè teneo,  
quod successio regni, ducatus, comitatus, mar-  
chionatus, vel cuiuscunque maioratus perti-  
neat collaterali qui reperiatur in remotissi-  
mo gradu: modo talis successio incepit in  
descen-

descendentibus ab ipso fundatore: modo incepit in collateralibus eius: neque obstat superior difficultas & conclusio, quæ contrarium disponit in feudis: quia longè differt ista successio de qua loquimur, à feudis, neque debet secundum eorum naturam regulari, vt latius in alio proposito dixi in materia maioratus. Nec obstat etiam quod successio ordinaria hæreditaria non extendatur in linea collaterali ultra decimum gradum: quia nouiter & subtiliter respondeo, quod illud debet intelligi, vt procedat in successione hæreditaria, quæ principaliter prouenit ab intestato ex legis dispositione, vt in iuribus supra allegatis, & in l. lege obuenire, Digestis de verbis. signif. & in l. 1. 2. & 3. ff. de peti. hered. vnde merito per ipsam legem coarctatur: secus tamen est in successione quæ peruenit principaliter & immediatè ex dispositione hominis, vt est in nostro casu & quæst. sc. in constitutione regni vel maioratus, in quo post mortem primi possessoris vocavit sequentes in gradu, vel proximiores consanguineos: quia tunc in infinitum videntur vocati, vnde merito debet admetti ille qui reperitur in remotissimo gradu, & hoc intelligo & extendo, nedum si dixerit fundator vel constituens, vt regulariter solet dici in constitutione maioratus, quod in perpetuum, semper, & usque in infinitum transeat ad sequentes proximos in gradu, verum etiam si hoc non dixerit, sed tantum simpliciter post mortem possessoris vocavit sequentes in gradu: cuius ratio est, quia ex dispositione hominis & sic constituentis, aperte constat velle quod perueniat ad quemlibet consanguineum etiam existentem in remotissimo gradu, & bona illa unita conservare & memoriam eius perpetuare: quod non esset si coarctetur usque ad gradum successionis legalis, confirmatur etiam, quia sicut talis fundator & constituens potuit vocare quoscunque extraneos in tali successione maioratus, à fortiori potuit vocare quemlibet consanguineum, etiam existentem in remotissimo gradu. Vide Couarruianum in lib. 3. variarum resolut. cap. 5. numero 4. & Matiençum in l. 1. tit. 7. glossa 7. in fine, & in l. 11. tit. 7. gloss. 7. numero 3. & 4. & in l. 5. tit. 8. lib. 5. Recop. gl. 1. num. 3. qui latius respondent ad authenticam de restitutione fideicom. §. nos igitur. Nec his obstat textus sing. in Authent. de restitut. fideic. §. nos igitur collat. 9. ibi quatuor postea generationes, &c. ubi disponitur quod si testator prohibuit res alienari, vt non exeat de familia, sed remaneant in ea propter memoriam eius cōseruandam non extenditur ultra quartam generationem, id est ultra quartum gradū: quem ad hoc notat & commendat ibi Iac. de Bel. Bart. Ang. & dicit notabilem, Alex. in additio. ad Bart. in l. prouinciatio. §. familia. ff. de verb. signi. idem Alex. in l. filius fa. §. diui. ff. de lega. 1. antep. colum. n. 27. quia sing. respon. quod ille text. debet intelligi quando testator collectiu modo per verbum familiæ prohibuit alienare extra familiam, quia tunc talis prohibitio non extenditur ultra quartum gradū: quia propriè in eo conseruat familia, ultius non: secus verò si particulariter & non

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

collectiu modo disponat testator vel constitutus maioratum vel post mortem primi nominati admittantur sequentes in gradu, quia tunc omnes alij admittuntur etiam ultra quartum gradum: & in specie ita declarat & intelligit illum text. ibi Iac. de Bel. fi. q. Bal. 1. col. num. 3. Roder. Suarez in repet. legis, quomodo in prioribus C. de inoffic. test. fo. 66. col. & aduerte quod mea opinio & conclusio superior, longè differt ab eis, quia ipsi loquuntur, quando per testatorem vel disponentem vocantur descendentes: item quando vocavit in infinitum, sed mea opinio & conclusio procedit etiam si vocentur collaterales proximiores, & non vocentur in infinitum, sed simpliciter: quod summè nota, quia est subtilis articulus & alibi non ita examinatus.

7. Valerius. 17. n. 9.

Aduertendum tamen est quod licet in haec successione & linea collaterali proximior in gradu preferatur, & quando plures sunt in eodem gradu pariter admittantur; tamen si in aliquo reperiatur maior qualitas & coniunctio, ille debet preferri alteri: licet sint in eodem gradu: vnde si aliquis decebat ab intestato, & in eius successione concurrat frater consanguineus & uterinus simul, & sic utrinque coniunctus, & frater ex uno tantum latere coniunctus, puta ex parte patris vel ex parte matris, preferatur ille qui ex utroque latere reperitur coniunctus: Si ergo patruus decebat relictis filiis duorum fratrum, quorum alter sit sibi coniunctus ex utroque latere, alter ex uno tantum, proculdubio filii fratris utrinque coniuncti preferuntur in successione filiis fratris ex uno latere tantum, vt tenet hic Gregorius Lopez in leg. 5. titul. 13. pa. 6. Conarruu. in epitome success. n. 7. Matiençus in l. 5. titul. 8. libro 5. glossa 1. a. 6. Gomez Arias hic, num. 14. Tellus num. 4. & 5. text. est in Authentic. de hered. ab intesta. veni. §. si igitur defunctus el. secund. collat. 9. ibi, primum ad hæreditatem vocamus fratres & sorores ex eodem patre & ex eadem matre nato: text. in Authentic. de consanguineis & uterinis fratribus §. quia vero versic. vult autem, col. 6. cuius verba sunt, vult autem hac lex ex utroque decoratos, & simul quidem consanguineos, simul autem uterinos fratres ad successionem morientis meliores esse quam illi qui solummodo consanguinei aut solummodo uterini sunt text. in Authentic. itaque, C. communia, de success. ibi in eos solos transmittit hæreditatem, qui ex utroque latere connexi sunt, & ibi notat Cinus Bald. Paul. Salic. & comm. doctor. tenet etiam & notat Azo in summ. Cod. de leg. hered. 2. col. num. 12. Rolandinus in tractat. de success. ab intest. 7. column. num. 20. & ibi eius additionator. & idem disponit lex 5. tit. 13. 6. part. imd quod magis est, filius vel filia fratris utrinque coniuncta, preferatur alteri fratri ex uno latere coniuncto, & sic patruo suo: Idem tenet Gomez Arias hic, num. 19. Matiençus in d. l. 5. tit. 8. lib. 5. gloss. 1. num. 7. Velazquez hic, gloss. 3. num. 2. Mieres in tractatu Majoratus 1. par. q. 7. num. 8. text. est in Auth. cessante versi. fin. C. de legit. hered. cuius verba sunt, & quidem predicti fratris filius & si tertio gradu sit, preferatur fratribus defuncti qui ex uno tantum parente cognati erant: ex. in Auth. post fratres,

In l. eodem titul. text. in Authent. de hered. ab intest. veni. § si igitur defunctus, el. 2. versic. unde consequens est, cuius ratio est, quia succidunt representando personam patris defuncti, & in locum eorum, ideo meritò preferuntur, sicut pater eorum & ita etiam disponit, lex 5. in si. verbis, tit. 13. 6. part.

*monstrat. Blasius  
Glossa 2.  
Dm. A. S. n. 6.*

Vnum tamen in hoc singulariter est notandum, quod ista maior qualitas coniunctionis non est attendenda neque consideranda ultra predictos fratres & filios fratum, vnde si quis decebat ab intestato non relictis descendantibus, nec ascendentibus, nec fratribus, nec filiis fratum: sed relichto patruo qui fuerat frater sui patris virinque coniunctus, & alio patruo qui fuerat frater sui patris ex latere patris tantum, vel ex latere matri tantum ille patruus virinque coniunctus non præfertur alteri ex uno latere coniuncto: sed omnes pariter admittuntur, quia sunt in pari gradu, quia illa qualitas duplicitis coniunctionis ultra fratres, & filios eius non consideratur, Idem tenet Tellus hic, num. 5. Gregorius in l. 5. tit. 13. part. 6. verbo, hermana. Conar. in epitome success. num. 9. Matiençus in dict. l. 5. gloss. 1. num. 8. Velazquez hic, gloss. 2. num. 2. ita probat text. in Authent. cessante versicul. final. Cod. de legi. hered. & ibi commun. doctor. in Authentic. post fratres, leg. 1. eodem titul. text. in Authentic. de heredit. ab intestat. veni. § si igitur defunctus, el. 2. versicul. unde consequens est collat. 9. & idem est in successione concurent filii ex filiis fratum qui sunt in quarto gradu: nam æqualiter succidunt patruo magno, licet aliqui eorum descendant à fratre virinque coniuncto: similiter etiam idem est si quis decebat ab intestato relictis pluribus fratribus patruelibus in quarto gradu: quia pariter succidunt, licet aliqui eorum sint coniuncti ex fratre virinque coniuncto: & idem est à fortiori de singulis in ulterioribus gradibus & in expresso ita tenet & determinat, Jacob. de Bell. in Authentic. de hered. ab intestat. veni. Paragrapho si vero neque penult. quest. colla. 9. Paul. de Castr. vbi hoc reputat perpetuò menti tenendum, in Authent. post fratres la 1. numer. 4. Cod. de legi. hered. Corneus, ibi 1. column. tenet etiam Bart. in leg. 1. §. legitima, ff. ne suis & legit. hered. & ante eos voluit Azo in summa Codice commun. de success. Antonius de Rosellis in tractat. de success. ab intestat. 29. column. versic. sed est aliud pulchrum numero 154. Si vero concurrat ex una parte frater consanguineus, tantum ex parte patris, & ex alia frater vterinus ex parte matri, tunc frater consanguineus debet præferri in bonis habitis & acquisitis ex parte patris, vterinus vero in bonis habitis & acquisitis ex parte matri: in bonis vero aliunde quæsitis pariter admittuntur: Vide Gomezium Arias idem tenentem hic numero final. Gregorium Lopez in leg. 6. titul. 13. part. 6. gloss. 1. Conarrunias in epitome success. numero octavo versiculo tertio est animaduertendum Matiençus in dict. leg. 5. glossa 1. numero 9. textus est singularis in iure in leg. de emancipatis ver. exceptis, Codice de legi. hered. quem ad hoc reputat ibi singularem Bartol. & commun. alij doctor. & per

illum text. tenet etiam gloss. ordin in Authent. itaque Codice commun. de success. in gloss. final. & ibi Petrus de Bel. Per. 2. column. Cinus, final. column. Albe. 3. column. Bald. Paul. Salic. Faber. & commun. alij doctores gloss. ordin. in Authentic. post fratres, la prima, Codice de legi. heredit. in gloss. 2. ibi etiam alij doctor. Azo in summa, Codic. de legi. hered. 2. column. numer. 12. Faber. in §. 1. versic. repetitis. Institut. de seruili cognitione 3. column. numero 3. & ad illum text. dicit sing. Ang. in §. si plures Institut. de legit. agna. success. 1. column. Platea in §. hoc etiam cod. tit. Dinus in tractat. de success. ab intest. 4. col. numer. 17. Antonius de Rosel. in tract. de success. ab intestato 31. column. numero 165. Matthe. in tractat. de success. ab intestat. 10. fo. ver. hoc procedit numero 18. & idem disponit lex 6. titul. 13. 6. par. ex quibus notabilitet infero, quod si quis vendat rem suorum maiorum, quod frater coniunctus ex parte matri tantum, non potest retrahere rem descendente ex linea paterna, ne econtra. Item etiam infero quod si concurrat in retrahendo frater virinque coniunctus, & frater ex parte matri tantum, præfertur frater virinque coniunctus, sicut præfertur in successione vniuersali ordinaria: ita reperio quod tenet solus Petrus de Bell. per in Authentic. itaque Codice commun. de success. 2. column. in fine quod est singulare. Item adde prosequendo materiam quod idem esset in filiis fratum: nam si filius fratri consanguinei succedit patruo suo defuncto in bonis habitis à patre: filius vero fratri vterini succedit in bonis habitis à matre, & sic in eis sit illa distinctio bonorum, quæ fieret in eorum parentibus succendentibus inter se: & hoc tali fundamento & ratione, quia filii fratum succidunt representando personam parentum: vnde in eorum locum & partem debent admitti: ut in Authentic. cessante Codice de legi. hered. & dicetur inferioris. Item adde quod ultra fratres & eorum filios non habet locum ista distinctio & separatio bonorum, Idem tenet Gregorius in l. 6. gloss. 1. tit. 3. partit. 6. Conarrunias in epitome success. num. 8. versic. 3. dicens hunc communem, Matiençus alios referens in l. 3. titul. 8. lib. 5. gloss. 2. n. 12. vnde si in successione alicuius defuncti concurreret frater eius patruelis coniunctus ex parte patris, & alter ex parte matri coniunctus, qui sunt inter se in quarto gradu: vel concurent aliae personæ existentes in alio quoque gradu pariter succederent nulla facta distinctione bonorum: quia in iure non canetur quod fiat talis distinctio nisi specialiter in fratribus & eorum filiis: & in terminis ita tenet Petrus de Bella. per. in dict. Authentic. itaque C. comm. de success. 2. col. in med. versi. sed queritur, facit bene doctrina Bart. in l. Lucius, §. quæsitum, ff. de lega. 3. vbi dicit quod appellatione fratum veniunt tantum existentes in secundo gradu, non vero ulteriores: quia propriè non appellantur fratres nisi cum aliqua adiunctione.

Iuxta predicta tamen subtiliter & necessario quero, si testator in testamento instituit fratres suos simpliciter & genericè, vel legavit fratribus suis, cum plures fratres haberet, quosdam

quosdam utrīque coniunctos, & alios ex uno latere tantum, an omnes admittantur, vel aliqui eorum tantum: & certè ex superioribus videtur, quod tantum per testatorem videantur vocati fratres utrīque coniuncti, quia in dubio testator videtur se conformare cum legis dispositione, & ad eam se referre, argumento textus, in l. peto. Paragrapho fratre, Digestis de lega. 1. & in l. cum ita §. in fideicommisso, eodem titul. & in leg. final. C. de verbor. signific. & tradit. Bart. in leg. ut iurisurandi, §. si liberi, ff. de oper. lib. & in leg. heredes mei Paragrapho cum ista, ff. ad Trebell. Idem tenet Tellus hic num. fi. ad fin. Rojas de success. ab intestat. c. 32. numero 12. & cap. 6. num. 11. & 12. Mieros in tractatu maioratus 2. parte quest. verbo, edidit, notabiliter, Velazquez hic gloss. 2. numer. 2. sed ab intestato sic admittantur per legem, ut iuribus supra allegatis: ergo sic videantur vocati per testatorem: & in expresso istam sententiam & conclus. tenet Paulus de Castr. in leg. fin. Codice de verbo. signific. final. column. numer. 6. & ibi Iason fin. colum. n. 26. & Corn. 2. column. in fin. & facit gloss. singul. & vna, in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber. & posthum. in gloss. final. ubi dicit quod si testator instituit filium & nepotem simpliciter, non videtur eos simul vocare sed ordine successivo: ut prius admittatur filius, & post eius mortem admittatur nepos de quo per doctores ibi. Nec huic sententiæ & conclusioni obstat solennis & notanda decisio, Bartol. in leg. reconiuncti. ff. de lega. 3. pen. col. numer. 62. ubi dicit quod si pater deceperit cum testamento vel ab intestato, relictis pluribus filiis ex duabus uxoribus, & unus eorum repudiat, quod eius portio non accescit fratri utrīque coniuncto, sed omnibus æqualiter accrescit: & idem tenet ibi Iason num. 194. Ripa. penult. fol. num. 212. Bald. ubi etiam ponit alia exempla, in leg. una, Cod. quando non peten. par. peten. accresc. 8. column. num. 21. & idem est quando pater eos instituit & reciprocè substituit, quia vna repudiante non præfertur utrīque coniunctus: sed omnes pariter admittuntur: ita concludit, Bart. in l. Lucius ff. de vulga. & pupill. penult. column. & qu. & ibi Imo. fin. column. & q. Aret. pen. col. Alex. fin. col. num. 20. Iaso. penult. col. num. 31. Ripa. fin. column. n. 47. Bald. in leg. iam hoc iure versicol. fin. finali q. eod. tit. Bald. in leg. in testamento, 3. colum. 5. q. Cod. de testamento militis & ibi Angel. & Salic. final. colum. & commun. doctor. & idem est quando veniret ad successionem ex pupillari contenta in reciproca: quia omnes pariter admitterentur, nec præfertur frater utrīque coniunctus, quia licet succedatur pupillo, tamen succeditur ex voluntate & dispositione patris, cum omnes sint æquales: ita Aretin. singul. in leg. Lucius finali column. de vulgar. & pupill. de quo articulo latius dixi in materia substitutionum. Quia subtiliter respondeo, quod illud procedit in iure accresendi, in quo non tractatur de bonis fratris defunctorum vel repudiantis, cum ei non fuerint bona quæsita: sed tractatur de bonis tantum ipsius patris defunctorum, in quibus omnes filii ex utroque matrimonio pariter debent admitti: quia respectu patris

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

& honorum eius æquale ius habent: in nostro verò casu quando frater defunctus sim, pliciter & absolute in testamento suo instituit, vel vocavit fratres suos, tamen videntur vocati fratres utrīque coniuncti, & ipsi meritò præferuntur, quia maiori vinculo & coniunctione sibi contingunt: & ita procedat superior mea conclusio, & ista ratio aptè colligitur ex doctrina Bart. & doctor. ubi supra. Nec obstat etiam, text. in Authent. ex testam. Cod. de sec. nup. ubi non regulatur successio ex testamento eodem modo quo successio ab intestato, cum ea quæ cum ius quæsivit per successionem. ab intestato ex filiis primi matrimonij, teneatur reseruare superstitibus ex eo: secùs verò si capiat ex testamento alicuius quia non tenetur aliquid reseruare, quia respondeo quod omnino est ibi diuersa ratio cum capiat ex testamento, tanquam extraneus quidam, ab intestato verò capit sicut parens: in nostro verò casu quando quis instituit simpliciter fratrem, meritò debet intelligi de utrīque coniuncto propter maiorem coniunctionem & dilectionem, ut dictum est: vnde sicut illi deberet præferti ab intestato, ita etiam ex testamento: quia ex voluntate & mente defunctorum de illo tantum videtur sensisse.

Nunc autem necessarium est videre, si in materia nostra & successione collaterali habeat locum repræsentatio: & resolutiū dico quod sic in tertio gradu, hoc est, in filiis fratrum defunctorum succendentium alteri fratri cum patruo suo, vnde si quis decebat ab intestato, reliquo fratre viuo, & ex alio fratre mortuo relictis filiis uno vel pluribus, illi filii succedunt vna cum fratre viuo patruoque suo fratti ab intestato defuncto, & licet sint in tertio gradu non excluduntur à fratre viuo existenti in secundo, sed pariter cum eo succedunt repræsentando personam patris eorum mortui, & in locum eorum: & hinc est quod succedunt in stirpes & non in capita: & unus vel plures non debent habere nisi partem quam pater eorum esset habitatus: Eandem sententiam tenet Couarruias in epitome success. numero septimo Matiençus in dicta lege quinta titulo octavo libro quinto glossa 1. numero 14. Velazquez hic, gloss. 2. numero 1. Rojas de success. ab intest. capitulo 32. numero 9. cum aliis quos Velazquez ubi supra refert, asserentes idem seruandum in testamentaria successione si testator fratres instituerit simpliciter etiam consobrini vocati intelliguntur, ut tradit Spino latè in speculo testament. gloss. 1. principiū numero 49. text. est capitalis & expressus in Authentic. cessante, Cod. de legib. hered. in princip. cuius verba sunt, cessante successione linea descendensis, & eius quæ sola sit ascendens: vocantur primo fratres fratrisque premortui filii in stirpes: & ibi gloss. textus in Authentic. post fratres, la 1. & 2. eodem titul. textus in Authentic. de hered. ab intest. versic. 6. si rigitur defunctus, el 2. versic. si autem defuncto fratre, & c. colla. 9. text. in lege 5. in princ. tit. 1 3. 6. par. & in l. 241. in legibus styli. quæ dicit hoc esse de iure comm. sed eo casu quo sit cosuetudo in contrarium, illa seruat: similiter

F 3 etiam

etiam si quis decebat reliquo fratre ex uno latere coniuncto, & reliquis filiis ex alio fratre ex uno etiam latere coniuncto, tales filii succedunt representando personam patris defuncti, habita tamen distinctione bonorum quae fieret in persona eorundem fratum si viuerent: text. in Authentic. post fratres la 1. Cod. de legibus hered. & ibi gloss. ord. 2. Vnum tamen est quod si quis decebat reliquo fratre ex uno latere uno & ex alio fratre utrinque coniuncto reliquis filiis, illi filii preferuntur in successione fratri ex uno latere uno, & sic patruo suo: quia cum succedant representando personam sui patris debent preferri, sicut pater eorum esset preferendus: ut supra proxime dixi & probavi: Vide quos addidimus, in numer. 7. supra circa finem ibi, imo quod magis est.

*ad finit. nov. part. gab. Propt.*  
Dubium tamen maximum & subtile est, si quis decebat ab intestato reliquis filiis ex duobus vel pluribus fratribus iam defunctis: ac succedant tunc in stirpes, representando personas parentum, vel succedat in capita: & videtur quod in capita. Primo quia regula iuris est, quod inter collaterales ille presertim in successione, qui reperitur in proximiori gradu, similiter etiam si reperiantur in pari gradu & equaliter succedunt, & sic in capita & non in stirpes: & ista regula indistincte & generaliter procedebat ante ius Authenticorum, tam in fratribus & eorum filiis, quam in aliis collateralibus, unde frater excludebat filios alterius fratri mortui, similiter etiam si filii fratum defunctorum concurrebant, inter se omnes & equaliter succedebant in capita & non in stirpes: text. est in l. 2. hereditas, ff. de suis & legit. hered. cuius verba sunt, hereditas proxime agnato, id est, ei quem nemo antecedit, defertur: & si plures sint eiusdem gradus omnibus competit: scilicet, vt si duos fratres habui vel duos patruos, unus ex his unum filium, alios duos reliquit, hereditas mea in tres partes diuidetur, text. in l. lege 12. tab. versicul. illo procul dubio, Cod. de legi. hered. text. in §. si plures Institut. de legi. agna. success. cuius verba sunt, si plures sint gradus agnatorum, aperte lex 12. tab. proximum vocat, itaque si, verbi gratia, sint defuncti frater & alterius fratri filius aut patruus, frater potior habetur: textus in l. 1. §. ff. si pars herze. peta.

*ad finit. nov. part. gab. Propt.*  
Et ita regula solum inuenitur mutata de iure novo Authenticorum, quando filii fratri defuncti succedunt una cum alio fratre viuo patruo que suo: quia tunc fuit necessaria representatione, ne alias repellerentur a patruo, qui est in proximiori gradu: unde necessaria infertur, quod debent succedere in stirpes, & sic in partem quam pater eorum erat habitans, sed quando predicti filii concurrunt solum inter se, non est necessaria talis representatione: cum omnes sint in aequali gradu: ergo debent succedere in capita, sicut de iure antiquo. Secundo pro ista parte facit, text. in Authentic. de hered. ab intest. veni. §. huiusmodi, colla. 9. vbi dicit quod hoc priuilegium representationis in linea collaterali solum conceditur filiis fratum: ergo aperte dat intelligere, quod procedat, quando concurrunt cum pa-

truo: quia tunc est merè priuilegium, & nullo casu potest esse damnum, non autem quando succederent inter se, quia non potest considerari merè priuilegium, si eo casu quo sunt plures filii ex uno fratre debent succedere in capita: & ista est subtilis consideratio: & in expresso istam sententiam & conclusionem, licet non per ista fundamenta tenet original. Azo, in summa, Cod. de legi. hered. 2. col. numero 11. notabiliter Jacob. Bu. per primum fundatum in Authen. post fratres leg. 2. Cod. de legi. hered. Alberic. in Authent. cessante, eo. titul. 1. column. in fin. tenet etiam Oldr. quem ipse refert Bald. ibi 1. column. & qu. qui notabiliter loquitur, Salic. ibi & 2. column. numero 31. q. principali, idem Salic. in Authent. post fratres, la 2. eodem titul. Rofred. in liber. su. in rub. de bono. possess. vnde cognati. 4. col. numero 7. in fin. istam concl tenet, gloss. in §. hoc etiam Institut. de legi. agna. success. in verbo, superstes in fin. Ang. de Aretio. in §. cum filius, Institut. de hered. q. & ab intesta. de. 2. & 3. column. licet in fine relinquat cogitandum, Hostiens. in summa, de successionibus ab intestato, §. fin. penult. column. versicul. quid si fratum filij. Roland. in tractat. de success. ab intest. 6. column. num. 15. versicul. si autem contingat. Anton. de Rosellis in tractat. de success. ab intest. 21. column. num. 111. & ita disponit lex 13. tit. 6. lib. 3. fo. legum & ibi gloss. 2. ita etiam similiter disponit l. 5. tit. 13. 6. part. prope finem.

Sed his non obstantibus in hoc tam subtili & difficulti articulo, ego teneo contratam sententiam, quam etiam legendo secutus sum: imo quod filii fratum defunctorum, etiam si concurrent soli, inter se succedunt patruo suo ab intestato in stirpes & non in capita. Primo quia ius nouum Authenticorum simpliciter, & indistincte dicit, quod filii fratum succedunt patruo ab intestato defuncto in stirpes, representando personam parentum suorum, neque distinguit an succedant cum patruis vel soli inter se: text. est in Auth. cessante in princip. Cod. de legi. hered. cnius verba sunt, cessante successione linea descendantis, & eius qua sola sic ascendentis, vocantur primo fratres fratisque premortui filii in stirpes. Secundo pro ista parte facit text. capitalis & expressus in Authent. de hered. ab intesta. ve. §. si vero neque collat. 9. vbi dicit quod si defunctus non relinquat fratres, neque filios fratum: omnes alij agnati vel cognati vocantur ad eius hereditatem secundum sui gradus prerogativam: & in capita & non in stirpes: ergo aperte vult quod filii fratum modò succedant cum patruis, modò soli inter se succedant in stirpes representando personas parentum, text. in Authent. post fratres, la 2. in princ. Codicill. de legit. heredit. Tertiò facit text. in dict. Authen. de hered. ab intest. ve. §. huiusmodi in necto versicul. sed & ipsis, vbi dicit quod hoc priuilegium representationis solum datur filiis fratum, dicit statim, text. in versicul. sed & ipsis, quod etiam habent hoc beneficium quando succedunt cum patruis ponderando dictionem illam, sed, & quae denotat diuersitatem in facto & identitatem in iure. Quarto pro ista parte facit, text. in Paragrapho cum filiis, versicul. final. Institut.

de hered. que ab intestat. defe. vbi quando nepotes ex duobus vel pluribus filiis mortuis succedunt aucto, inter se succedunt in stirpes, repræsentando personas parentum, & non in capita, licet omnes sint in æquali gradu, & istam sententiam & conclusionem, licet non sic confirmatam, tenet, *gloss. ordin. Accursij, in dict. Anthent. cessante. Cod. de legi. hered.* & fuit vna ex opinionibus suis cum alijs raro aliquid dixerit: nisi secundum opinionem antiquorum, ut refert Bart. Paul. & alij doctores ibi & istam sentent. & conclus. tenet ibi Bart. Cinus, Faber in breuiario. Angel. de Peru. Paul. de Castr. & Corneus, & Rapha. Cuman. & Benedictus de Plumbino, quos refert Corn. tenet etiam magistraliter & notabiliter, *Bart. in leg. 2. §. hereditas, ff. de suis & legit. hered.* & dicit ita tenere Dinum & Iacob. de Aretin. idem, *Bart. in Authen. de hered. ab intestat. ve. §. reliquum. colla. 9. tenet etiam gloss. ordin. in leg. 1. Paragrapho fin. Digestis si pars hereditar. petat. gloss. etiam ordin. in Authent. de hered. ab intesta. ve. Paragrapho si igitur defunctus, & leg. 2. versicul. si autem in verbo, fratres, collat. 9. & ibi Iacob. de Bello. in §. reliquum 2. column. 1. qu. idem Iacob. de Bello. in §. si vero neque 1. qu. Spec. in titul. de success. ab intestat. §. 1. versicul. nunc. de collateralibus numero 13. qui videtur residere in ista opinione & ibi eius additionator, *Bald. in cap. 1. 2. column. numer. 4. de success. fendi. in vñi feud. Item Bald. in cap. 1. Paragrapho is vero 2. column. de success. fratrum, in vñibus feudo. idem Bald. in cap. 1. de natura successionis feud. Matheilla. in tractat. de success. ab intestat. 10. fol. versicul. 2. dubitatur, vbi dicit hanc esse commun. opin. & ibi Lud. Bologninus eius additionator. *Dinus in tractat. de success. ab intestat. 4. column. numero 19. licet eius verba sint corrupta. Cin. in tractat. de success. ab intest. pen. column. licet quo ad me non est tractat. Cini. Nicol. de Vbald. in tractat. de success. ab intest. 45 column. numero 2. vers. sed circa hoc quæro vbi dicit hanc esse magis comm. opin. Bald. in c. 1. §. & quia videtur 2. column. de his qui feud. da. po. Faber. in §. ceterum, *Instit. de legib. agn. success. 1. eo. numero 3. vbi dicit hanc esse magis commun. opin. & ibi Christop. pen. column. & istam dicit magis commun. opin. Ang. & Corn. d. authen. cessantes. Cod. de legi. her.****

**13** Aduertendum tamen pro resolutione & determinatione huius quæst. & totius materiae successionis ab intestat. linea collateralis, an ista nostra lex 8. Tauri probet aliquam ex prædict. opinion. vel quid disponat & quid sit verus intellectus eius, nam certè dubius videtur eius sensus diuersimodè in nostro regno per doctissimos viros intelligitur. Primus igitur intellectus ad istam l. assignatur per glossatores, quod velit disponere quod quando quis decedit relictio fratre viuo, & ex alio fratre mortuo relictis filiis, illi filij succedunt vna cum fratre viuo, & sic patruo suo in stirpes & non in capita, vnde secundum hoc verus sensus est, quod disponit idem quod ius commune authentic. & sic confirmat dispo. text. in authent. cessante, *Cod. de legi. her. text. in authent. post fratres, 1. & 2. eo. tit. in auth. de her.*

ab intest. ver. §. si igitur defunctus, el. 2. collar. 9: text. in l. §. in princ. titul. 13. par. 6. sed certè ego teneo pro constanti, quod ista lex nunquam hoc voluit disponere: nam iste casus non erat dubius, sed aperte decisus per iura prædicta; & ll. Tauri non fuerunt conditæ nisi pro decidendis magnis dubiis, in quibus erant diuersæ opinion. doct. vt ex prædictis pater. Secundus intellectus potest esse quem aliqui nostræ vniuersitatis doctor. ad istam l. assignaverunt, quod vellet dicere quod in linea collaterali ultra filios fratrum detur repræsentatio, succedendo patruis magnis: vnde si quis decedat ab intestato relichto fratre, & ex alio fratre mortuo & filio eius mortuo relichto filio, & sic consobrino in quarto gradu, ille succedet cum fratre viuo & sic patruo magnis eius, repræsentando personam patris: sed certè iste intellectus est falsus: quia secundum hoc, ista lex corrigeret ius commune, quia contrarium expresse disponit, imo quod ultra filios fratrum in tertio gradu non detur repræsentatio. Vnde teneo pro constanti quod verus & realis intellectus est, quod ista lex Tauri voluit approbare opinion. Accursij superius tactam tanquam veram & communem, & voluit corrige opinion. Azo. & legem Par. & fori eam approbantes, & aliud non potest mihi persuaderi, quia in hac dubia & difficultate erat decisio regia necessaria: sed ex aliquo errore vel inaduententia exempli aliud sonant verba legis, & esset plusquam necessarium in hoc regno quod ista lex per Cæsarēam maiestatem declaretur, sed extante sic ista l. & verbis eius non est dubium nisi quod lex ista aperte vult quod glossatores volunt, quod filij fratrum succedant vna cum patruis in stirpes & non in capita, & sic nihil differuit nec est alicuius momenti: vnde cum nostra lex aperte non decidat quæstionem nostram in qua sumus, qualiter filij fratrum inter se succedunt, dico quod licet opin. Accursij sic pura veritas & equitas & illa esset communis, tamen in nostro regno iudicandum est secundum opin. Azo: cum eius opin. reperiatur approbata per l. partit. & fori, secundum quam iudicandum esse etiam defendit, *Castillus hic. gloss. 1. Cifuentes numer. 4. Tellus Fernandez numer. 3. Rojas de success. ab intest. cap. 32. num. 18. & 19. Molina lib. 3. cap. 7. num. 21. & 22. Matiens in leg. 5. tit. 8. lib. 5. Recop. Gomez Arias hic. num. 3. & 4. imo & in stricta disputatione veriorem esse Azonis opinionem, eamque hac l. Tauri probari afferit Velazquez de Auedano gloss. 1. per totam, & ista est verissima resolutione in hoc articulo & materia.*

Nec obstant fundamenta contraria quæ omnia tendunt ad hoc quod repræsentatio ita demum habet locum inter filios fratrum, quando resultat & prouenit eis aliquod priuilegium seu beneficium, sc. vt non excludantur à patruis, quia nouiter & subtiliter respondeo quod etiam quando inter se succedunt, resultat commodum & priuilegium, sc. quia quando filij ex uno fratre sunt pauciores quam alij filij ex altero fratre, resultat & prouenit eis maximum commodum quod succedant repræsentatiuè, quia succedent repræsentatiuè

tiuè & aliter non : & iura volunt quod habent partem quam pater eorum erat habitus, & sic non potest considerari casus in quo non detur utilitas representationis.

*n.s.* Item etiam iuxta predicta utiliter & necessariò quero, si quis decebat ab intestato relieto patruo vel auunculo, & relieto filio fratri iam defuncti, quis eorum preferatur in successione, vel an omnes pariter admittantur? & videtur quod omnes pariter concurrant & admittantur ad successionem in capita, quia uterque eorum est in tertio gradu. Si tamen quis decederet relieto patruo vel auunculo, & alterius patrui filii, hoc est, primos hijos de hermanos, patruus preferatur, lege auunculo, Cod. communia de success. tradit Ioannes Tanez Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum cap. 15. Item etiam quia filii fratrum non succedunt representatione nisi quando concurrunt cum alio fratre viuo, & sic patruo vel auunculo eorum, qui sunt in secundo gradu ipsi defuncto: unde tunc inducitur per legem, ut subintrent locum parentum defunctorum, ne à proximioribus excluderentur: & hoc tantum casu videtur in dicta representatione: ergo in nostro casu & q. cùm non concurrant cum fratribus defuncti, sed cum patruis vel auunculis eius existentibus in tertio gradu, non est necessaria neque iusta representatione: & sic omnes pariter debent admitti: & in expresso pro hac sententia & conclusione videtur casus formalis, in l. meminimus, cum autem ratio gradu. Cod. de legi. hære. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam: imò quod solus filius fratri iam defuncti admittatur & preferatur patruo vel auunculo magno existenti etiam in tertio gradu: quia linea descendens etiam respectu collateralium semper reputatur proximior, & preferenda per derivationem naturalem, quam linea superior collateralium. Eandem sententiam tenet Matienus in dist. l. 5. titul. 8. libro 5. glossa 1. numero 19. respondens ad textus in dist. l. ultima. §. cum autem tertio gradu. Cod. de legit. hæred. correctam esse per authenticam post fratres la 1. Codice de leg. hæred. Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum capit. 15. Secundo & formaliter, quia indistinctè filius fratri representat patrem eius defunctum, & sumit eius vicem & locum, modo concurrat cum alio fratre defuncto viuo, modo cum aliis filiis alterius fratri mortui, ergo hoc casu etiam representet, quando concurrit cum eius patruo magno vel auunculo existente in tertio gradu, representat & subintrat locum eius: ergo si preferatur ipsi patruo magno vel auunculo sicut pater eius & frater defuncti deberet preferri. Huic fundamento adde non obstat quod representatione expresse sit permissa filio fratri tantum ad succendendum cum suo patruo, unde non debet ad hunc casum extendi, nam respondeo quod si representatione ad succendum permittitur cum eo qui gradu uno proximior est, & videtur potius ius habere, quanto magis censebitur permissa ad excludendum cum, qui in eodem gradu est, nec rursus obstat, quod patruus ille etiam representando patrem suum debere preferri, cum pater

eius sit ascendens, hoc est avus eius de cuius successione tractatur, qui collateralibus quantumcumque proximis preferatur, nam respondentium est in ascendentibus non dari representationem ut supra docetur, in l. 6. numer. 5. & video Marien. in l. 5. tit. 8. lib. 5. Recopil. glo. 1. numero 19. Tertio & in expresso probat text. rectè ponderatus in authent. de hæred. ab intest. ve. §. illud palam colla. 9. & per predicta iura licet non sic inducta, istam sentent. & committent, Bald. in Authent. post fratres, la 1. Cod. de legib. hæred. & ibi Sali. numero 2. Corn. in Authent. itaque, Cod. comm. de success. vers. 4. adde, & ibi allegat ita tenere Franc. de Rampo. Faber in § 1. Institut. de servit cognata. 3. colum. numer. 4. Rosellus in tract. de succe. ab intest. veni. col. 22. numer. 1177. quod procedit & extenditur, etiam si sit filius fratri ex uno latere tantum: ita S. lic. ubi suprà Nico. de Vbal. in tractat. de success. ab intest. columna 50. num. 6. vers. 4. quero.

Item etiam iuxta predicta quero, si in testamento instituat quis fratrem & filios alterius fratri mortui, an videantur instituti in stirpes vel in capita: & breuiter dico, quod in dubio videntur instituti in stirpes, non vero in capita: & sic eodem modo quo succederent ab intestato: ita determinat glossator Cifuentes in hac l. nostra, 8. Tauri dicens hoc esse bene notandum in practica. & allegat Imolam in l. interdum, ff. de hære. instit. sed salua eius pace, iste casus est sine dubio, nec procedit ex ratione sua, nec ex dispositione huius materiæ, sed ex aliis iuris principiis. Nec Imola quem ipse allegat verbum de hoc dicit, unde in hoc articulo ista est veritas, quod generaliter si testator collectivo modo instituat fratrem vel quemlibet alium extraneum hæredem, & similiter instituat filios alterius fratri defuncti, vel vivi, vel cuiuslibet extranei: semper censentur instituti in stirpes & non in capita, unde ille frater vel extraneus habebit dimidiam partem hæreditatis, & filij alterius fratri vel extranei aliam dimidiad, quia omnes illi coniuncti nomine collectivo habentur pro uno: nisi de mente testatoris aliud constet expressè vel tacite, quia dixit quod æquè, vel pariter, vel æqualiter succedant: quia tunc in capita succederent: text. est nota. & expressus, in l. interdum, ff. de hæred. instit. & ibi notat Bar. Albe. Ang. Paul. Imo. & commun. doctor. & predicta haberent etiam locum & procederent etiam in qualibet substitutione secundum doctor. ubi soprà, & idem est in legato, nam si testator leget Titio, & filiis eius, vel alterius dimidiad partem, habebit Titius dimidiad filij collectivo modo votati, text. est in l. si quis Titio, in princip. ff. de usufruct. accre. cuius verba sunt, si quis Titio & hæredibus suis usumfructum legauerit, dimidiad Titius & dimidiad hæredes eius habebunt: & ad hoc notat Odofred. Bartol. Alber. Bal. & con. doct. antiqui.

Quod tamen singul. intellige, quando illi plures qui fuerunt votati nomine collectivo, iam erant nati: secus tamen est si essent posthumini & nondum nati: ut si testator instituat fratrem vel extraneum, & posthumum vel posthumos

posthumos nascituros ex sorore vel ex alia muliere, quia si plures nascantur vocantur in capita, quia non potest imputari testatori, quod non nominavit quemlibet per se cum nondum essent nati, & ius presumit quod si essent nati eos nominaret: sed quando sunt nati & non nominavit de per se, sed vocauit eos collectivo modo, ius presumit quod testator vocavit quod omnes habeantur pro uno, tex. est bene not. in l. utrum, ver. si autem, ff. de reb. dubiis, quem ibi ad hoc notat & commendat Dinus & antiqui. notat & declarat, Bart. in l. quidam relegatus, §. si. eiusdem tit. Albe. & Soc. quicquid ibi dicat Paul. idem tenet Paul. de Cast. in d.l. interdum, in ff. de hære. instit. vbi valde commendat, hoc intellige tamen prædicta quando principaliter testator vocasset posthumos alterius, secùs tamen si non principaliter sed subrogatiuè loco alterius, ut putat, si testator grauauit filium vel extraneum hæredem restituere hæreditatem Titio & Seio, vel filiis eorum ipsis mortuis, vel eorum posthumis: quia tunc defuncto aliquo fideicommissario, filij eius nati vel posthumi tantum consequentur partem quam eius pater erat habiturus: ita ibi sing. Ba. & Pau. in dicta l. utrum de rebus dubiis.

**16** Aduertendum tamen quod esset dubium singul. circa propositam quæstionem, si testator instituat fratrem hæredem, & filios alterius fratri mortui non collectivo modo, sed sigillatim nominando eos nomine proprio, an tunc succedant in stirpes vel in capita? & teneo pro constanti quod in capita, quia iuris principium est in omni materia, quod quando plures vocantur & nominantur in aliqua dispositione per copulatiuam, semper admittuntur viriliter, & sic in capita, text. in l. si pluribus, ff. de legat. 2. text. in l. Paulus la 2. ff. de re iur. text. in l. 1. Cod. si plures una sentent. text. in l. tertia, §. si quis ita stipuletur de eo quod cert. lo. text. in l. fundus, §. si dno. ff. de pigno. textus in l. si debitor. eodem tit. Et in expresso ex isto fundamento istam sententiam & con. tenet, Socin. in l. utrum, ff. de rebus dubiis. fin. col. & quæst. licet aliud quod ipse ibi dicit non videatur mihi verum.

**17** Esset tamen dubium in nostra materia, si testator instituisset simpliciter fratres suos hæredes, vel eis aliquid legasset: si per hoc videatur instituere etiam filios alterius fratribus, & succedunt loco eorum per supradicta iura & in expresso ex isto fundamento ita tenet glo. pen. & ibi Ioan. de Imo. in fin. istam etiam con. tenet Corneus in l. fin. Cod. de verb. sig. in fi. & dicit hoc esse seruandum in practica: sed ego teneo contrarium, imò quod solum admittantur & præferantur fratres existentes in secundo gradu, non verò filii fratribus præmortui vel eis legare: & videtur quod sic quia repræsentatiuè habentur pro fratribus, & succedunt loco eorum per supradicta iura & in expresso ex isto fundamento ita tenet glo. pen. & ibi Ioan. de Imo. in fin. istam etiam con. tenet Corneus in l. fin. Cod. de verb. sig. in fi. & dicit hoc esse seruandum in practica: sed ego teneo contrarium, imò quod solum admittantur & præferantur fratres existentes in secundo gradu, non verò filii fratribus præmortui, Idem tenet Azeuedus in l. 5. titul. 8. lib. 5. Recopilat. numero 6. Conarruias cum aliis ab eo relatis in pract. cap. 38. numero 4. Costa in quæstione de patruo & nepote, pag. 87. Velascus de iure emphytentico quæst. 30. n. 3. Spino alias referens in Speculo testam. gloss. 1. principij num. fin. quia in dispositione testatoris magis de-

bet considerari propinquæ affectio & proximitas gradus quam remota: & in expresso ex isto fundamento ita tenet Bald. in d.l. cùm ita legatur, §. si. ff. de leg. 2. & Rapha. Cuma. ibi Ange. de Aret. in §. cum filius instit. de hered. que ab intest. defe. 1. colum. Bald. in capit. 1. fi. col. de feudo Marchie, & ibi Iacob. Alua. in §. si capitanei. 2. colum. num. 2. Jaso. notabiliter in l. 2. C. de success. & hic 2. colum. Alex. con. 204. 2. volum. idem Alex. in con. 4. 4. vol. Bologni. in additio. Mattha. in tract. de success. ab intest. 9. fol. num. 3. facit etiam doctrina Bartol. in l. Lucius, §. questum, ff. de legat. 3. vbi dicit quod propriè appellatione fratum veniunt tantum fratres existentes in secundo gradu, non verò ulteriores: idem etiam tenet, Ang. in l. 1. in fi. ff. de inoffic. test. vbi dicit quod obtinuit de facto: facit etiam doctrina Iacob. Butr. in l. 1. Cod. de succe. & hic, & ibi moderni Bald. & doft. in l. subemus §. fi. C. ad Trebell.

Item adde pro complemento huius materiæ & linea collateralis, quod in ea non habet locum repræsentatio ultra filios fratribus, vnde post eos in nulla alia persona nec gradu habet locum repræsentatio, sed qui proximior est in gradu, ille præfertur in successione, & si plures sint in eodem gradu illi omnes succedunt in capita & non in stirpes, text. capi. & expressus in Authentic. de hæred. ab intest. ve. §. si verò neque colla. 9. cuius verba sunt, si verò neque fratres neque filios fratribus, sicut diximus, defunctus reliquerit, omnes deinceps à latere cognatos ad hæreditatem vocamus, secundum uniuscuiusque gradus prærogativam: ut viciniores gradu ipsi reliquis preponantur: si autem plurimi gradus inneniantur, secundum numerum personarum inter eos hæreditas diuidatur, quod in capita nostra leges appellant, & ibi notat Bart. in l. notabili. text. in Authen. post fratres, la 2. C. de legi. her. & ibi not. Bart. Cin. Albe. Bald. Ang. Salic. Paul. & Philip. Corne. not. etiam Azo in summa illius tit. 2. col. n. 1. Cinus, qui not. declarat in Aurben. cessante, eod. tit. 1. col. in fin. versi. & caue tibi, Id etiam tenet Couarruias in epitome success. num. 11. Matiençus in dict. l. 5. tit. 8. lib. 5. gl. 1. num. 17. Azeuedus ibid. num. 2. Gregorius in l. 3. tit. 13. p. 6. verbo, pariente, in fin. Tullius hic, num 5. & Couarruias in pract. capit. 38. num. 4. Spino in suo Speculo testament. glossa 1. principij numero 47. vbi enumerat casus, in quibus filius patris personam repræsentat. Limitanda tamen est hæc sententia, vt non procedat in maioratibus in quibus repræsentationi locus est in linea collaterali etiam ultra fratum filios, & sic ultra tertium gradum, vt docet Emanuel Costa in tractat. de maiora. bonorum patrimonial. 3. limitatione numero 32. Couarruias in practicis question. capit. 38. numero 10. vers. 3. ad intellectum & lib. 3. Variar. resol. cap. 7. num. 19. & 20. quod & de iure communi procedit, vt videtur infra num. 19. ibi sed adhuc hoc casu, & de iure regio indubitatum asserit inferius, ibi, sed hodie in nostro Regno ad cuius limitationis perfectam cognitionem videoas sequentem articulum, ibi. Hinc expresse tenet etiam Azo in summa Codice commun. de success. in fin. Cinus in Authentic. itaque fin. colum. eiusd. tit. in finalibus verbis.

verbis. Pe. de Bella per ibi 2. column. versic. post medium versi. vnde pone decedit frater: & per ista iura tenet etiam Batt. in l. 2. §. hereditas, in finalibus verbis, ff. de suis & legi. here. Faber in §. cum filij Institut. de here. que ab intest. de n. 1. idem in § ceterum 1. col. num. 3. de legi. ag. success. idem in §. Institut. de servit. cognata. 3. col. num. 4. Iaso. no. in l. 2. Cod. de success. edit. 2. col. versic. sed adverte: & iam iste casus contigit de facto, nam deceperit quis ab intestato reliquo fratre viuo, & ex sobrino mortuo reliquo filio: in quo consuluit quod solus frater viuus deberet succedere, & omnino excluditur alter filius sobrini.

19. Ex quo videbatur subtiliter & valde singulariter inferendum, quod licet in successione indivisiibili, putà, regno, ducatu, comitatu, marchionatu, maioratu, vel melioratione vinculata, semper filius vel descendens ex filio maiori præmortuo præferatur filio secundo ultimi possessoris, ut latè & benè supra conclusum est: tamen illud intelligatur quando isti successores sunt descendentes ex linea descendenti eius qui constituit maioratum: secùs verò si essent descendentes ex linea collaterali respectu constituentis maioratum, quia tunc cùm ultra tertium gradum, & sic ultra filios fratrum non detur repræsentatio, sed proximior in gradu admittatur, esset præferendus secundus filius viuus, sed adhuc in hoc casu contrarium posset dici & teneri etiam de iure communi, quia in hoc casu etiam militant fundamenta mea superiora posita in dicta q. Hinc expressè colligi licet in maioratibus inter descendentes ex linea collaterali etiam respectu constituentis maioratum repræsentationem admitti ultra tertium gradum, quod etiam Costæ placuit in tractatu de maiorat. bonorum patrimonialium, numer. 31. Conarrunias in pract. capitulo 38. numero 10. versic. 3. ad intellectum, Azenedo in l. quinta titul. 7. lib. 5. Recopilat. num. 3. Molina, lib. 3. de primogeniis, cap. 7. num. 9. & 10. & Matiençus in l. quinta titul. 7. lib. 5. Recopilat. gloss. 4. n. fin. qui iniuste me increpat contrarium tenere me existimans, ex verbis meis deducens ibi, ex quo videbatur inferendum, quæ si bene considerentur, nec affirmatiua, nec questionis decisiva sunt, quod ex eo constat, quod inferius ipse doceo, ibi, sed adhuc, &c. Item & ex verbo, videbatur, quo in illatione non sine mysterio usus sum ad imperfectionem, & ambiguitatem denotandam iuxta vulgatam regulam, l. 1. §. defecisse videtur, & ibi Doctores, Digest. de vi & vi arm. & ex sequentibus verbis ibi, sed hodie in nostro Regno, vbi de iure Regio attenta lege 40. id indubitanter procedere doceo, nec obstat quod ego in fine istius numeri duo ibi, aduertendum, &c. hoc clare procedere, scilicet, repræsentationem dari ultra tertium gradum in maioratibus inter collaterales, quando hi qui concurrunt sunt descendentes ex ultimo possessore mortuo, quia non ideo negat repræsentationem esse dandam, quando non sunt descendentes fundatoris, seu ultimi possessoris licet hoc non sine dubio procedat hoc casu, & licet contrariam sententiam, provt ipse Matiençus contendit, te-

nere videar defendi optimè potest, & sustineri, provt eam tenet Gregor. Lopez, in leg. tit. 15. part. 2. verbo, el pariente mas propinco, col. 2. versic. sed quid si aliquis, & licet satis confuse. Mieres in tractat. maior. 2. par. quest. 6. numer. 31. & docte Velazquez de Auendaño, latèque contrarie partis fundamentis respondet in lege 40. Tanri gloss. 14 à num. 20. usque ad fin. glossa. Sed hodie in nostro regno indubitanter tenendum est, quod tam in linea descendenti quam in transuersali præferatur filius vel descendens ex filio maiori præmortuo: Idem etiam tenet Matiençus ubi suprà num. 16. ad fin. & Azenedo in d.l. 5. tit. 8. lib. 5. Recop. num. 4. cum aliis quos ipse allegant, & Couarrunias in pract. quest. capitulo 38. num. 9. & 10. & in expresso ita disponit lex 40. infra his legib. Tauri. in 2. part. & iste est verissimus & subtilis sensus & intellectus qui hodie per me dilucidatus est. Et hoc casu potest esse clarum exemplum, si forte maioratus, vel vinculum incepit inter descendentes fundatoris: sed in defectum eorum iam peruenit ad collaterales, nam si concurrat filius secundus ultimi possessoris & filius, nepos, vel descendens primogeniti filij mortui, præfertur filius vel nepos huius filij primogeniti. Similiter & secundò potest contingere & verificar quando à principio constituens non haberet filios nec descendentes, & vocauit collaterales, & deinceps proximiiores in gradu. Nam si postea tempore mortis alicuius possessoris concurrat filius secundus eius, & filius nepos vel descendens alterius filij primogeniti, debet præferti iste filius nepos, vel descendens primogeniti. Aduertendum tamen quod hoc clare procedit, quando isti qui concurrunt sunt descendentes ex ultimo possessore mortuo, quia tunc modò sint descendentes primi fundatoris modò respectu eius sint collaterales, semper filius primogeniti excludit filium secundum: & ita procedunt superiora: & in istis terminis loquitur & debet intelligi prædict. l. 40. infra his ll. Tauri.

Item adde in materia nostra successionis ab 20 intestato, quod deficiente linea collaterali, de qua plenè dictum est, & sic post decimum gradum admittitur vir & vxor, Idem tenet Matiençus in d.l. 5. titul. 8. lib. 5. Recop. gloss. 1. numer. 20. cum aliis quos ipse congerit, Rojas in epitome success. capitulo 33. vbi plures utilitates quas maritus & vxor ex hac successione consequuntur enumerat: illud enim consideratione dignum est, quod si matrimonium fuit absque dote contractum vxori que præmotriens sit diues, & vir superstes inops sit, tunc vir succedit cum liberis communibus in quarta parte bonorum vxoris, authent. præterea, C. unde vir & vxor. leg. 7. tit. 13. parte 6. tradunt Doctores in l. 1. solut. matr. Segura in l. cohæredi, §. cum filie num. 210. de vulg. Castillus in leg. 3. Tauri. cum aliis quos allegat Spino in speculo testament. gloss. 1. principi, num. 36. in fine, vnde si quis decebat ab intestato absque descendantibus, ascendentibus, & collateralibus, succedit sibi vxor & similiter vxori succedit maritus tex. est in l. unica, ff. vnde vir & vxor. tex. in l. 1. C. eod. tit. cuius verba sunt, maritus & vxor ab intestato

intestato inuicem, sibi insolidum pro antiquo iure succedant, quoties deficit omnis parentum, vel liberorum, seu propinquorum legitima, vel naturalis successio, si ex excluso, text. in leg. post princip. ff. si tabul. testam. nulle exta. text. in leg. 6. prope finem, titul. 13. par. 6. & ratio est propter uniuersitatem quae est inter maritum & vxorem: sunt enim socij diuinæ & humanæ domus, ut in l. 1. ff. de ritu nuptia. text. in leg. aduersus C. de crim. spo. here. text. in §. Institut. de patria potesta, facit text. in leg. fin. versi. item rescriperunt, ff. ad municipales, præterea sunt duo in carne una: & propter hanc relinquit homo patrem & matrem, ut in cap. debitum, de bigamis, & in c. gaudemus, versic. 1. de diuortiis, in c. fraternitatis 35. quest. 10. originaliter, Genesis capit. 2. in fine, Matth. cap. 19. in princ. Marci. cap. 10. Paul. in Epistol. ad Ephesios, cap. 5. in fin. & istam rationem ponit originaliter Odof. in l. 1. Codice de his qui se defe. lib. 10. column. 3. in fin. versic. in uxori. autem, Iaso. in dict. leg. 1. Codice unde vir & uxori. 1. collat. Philip. Decius, ibi qui bene & no. istam rationem declarat. 1. column. in princip. Nicol. de Vbaldis, nullum authorem allegando in tractat. de success. ab intestata. col. 1. num. 2.

21 Quod no. extende ut procedat, nedum in uxore iam velata & coniugata, sed etiam in sponsa de presenti, licet secus sit in sponsa de futuro, ita determinat Baldus in dicta l. 1. Cod. unde vir & uxori. 2. column. in princip. num. 4. & ibi Salic. column. 1. in fin. num. 8. Alexand. fin. col. n. 10. Iaso. 1. column. Corne. penul. col. Decius not. column. 2. num. 6. Roma. 4. colu. n. 12. Bologninus in additionibus ad Matthe. in tract. de success. ab intest. 14. fol. 4. num. 2. Vide Matiençum ubi supra, & Couar. in epitome succession. num. 11. ad fin. idem tenentes, pro qua senten. & conclus. facit text. in leg. nuptias, ff. de regul. iur. cuius verba sunt, nuptias non concubitus, sed consensus, facit text. in leg. cum hic status, §. si mulier & maritus, ff. de donatio, inter vir. & uxori. text. in l. nihil rerum amo. text. in l. cum fuerit de con. & de. textus in leg. fin. Codice de diuor. 1. ref. textus in Authentic. de nupt. §. nuptias, colla. text. in cap. pen. de sponsa. text. in cap. fin. de spons. duo. textus in cap. coniuges 27. q. 2. text. in l. falsus 5. Illianus, Digestus quod falso tut. auto. textus in l. quod seruus, ff. de condit. ob causam. Et adde quod ista successio & con. posset verificari, quando clare constat non esse aliquem ex linea descendenti, ascendent, nec collateral. Secundò possit verificari hodie in nostro regno, quando filius vel filia clerici vel monialis, coniugatus vel coniugata, decederet sine prole legitima: quia ibi inuicem succedent, cum tali casu non possent succedere ascendent, nec collaterales, ut supra bene conclusum est.

Tertiò posset verificari hodie in nostro regno, quando quis esset natus vel nata ex damnabili coitu, per quem mater incurreret pœnam mortis: ut adulterij: quia si sit coniugatus vel coniugata, & decesserit sine legitima prole, inuicem sibi succederent exclusis ascendentibus & collateralibus, attenta, l. 9. Tauri, & attentis his quae ibi dixi.

22 Vnum tamen est quod talis successio que

desertur inter maritum & vxorem, desertur de iure tantum prætorio & non ciuili: unde debet agnosci bonorum possessio coram iudice secundum dispositionem text. in leg. fin. Cod. qui admitti. cum materia, & infra centum dies, vt in leg. 1. §. si intra & §. largius, ff. de succe. edict. in leg. pen. ff. quis ordo in bon poss. ser. in leg. 2. C. qui admitti, in §. cum igitur, vers. liberis, Institut. de bono. poss. Aduertendum tamen quod hodie in nostro regno succederent de iure ciuili & intra 30. annos possent adire hereditatem, & extra iudicium, sicut sit in successione delata de iure ciuili, quia considero quod expressè per l. partita conceditur ista successio quae est facta à rege huius regni non recognoscere superiorem: unde est propria lex civilis: & est ita noua & utilis consideratio in materia.

Item adde quod ad hoc, ut ita successio inter maritum & vxorem habeat locum: requiritur quod matrimonium duret inter eos cum bona gratia & concordia, usque ad mortem text. est for. in dicta l. vnicam, ff. unde vir. & uxori. Vide Matiençum in d. l. 5. tit. 8. lib. 1. plures alios allegantem gloss. 1. numero 21. unde si hodie inter eos fieret diuortium, quo ad thorum propter adulterium vel sauitiam, nullus succedat alteri: ita Petrus de Bella per. in l. 1. C. unde vir. & uxori. prope finem, licet litera eius sit corrupta: idem tenet ibi Cinus in fin. Alberic. in fin. Iaso. 1. colum. versic. 4. fallit Corneus 2. colum. in fin. Philippus Decius not. 2. colum. numer. 10. Nec ego distinguerem cuius culpa esset diuortium factum, & istam partem videtur tenere, Nicol. Vbal. in tract. de success. ab intest. pe. fol. 3. colum. numero 6. dicens istum passum ab aliquo non factum, & relinquit cogitandum, & istam partem teneo, licet Decius in d. l. 1. aperte vellet contrarium.

Item adde quod si pupillus decebat non extantibus agnatis vel cognatis, succedit tutor testamentarius vel datius quem habet, ista est gl. sing. & vnicam in l. quo tutela, ff. de regu. iur. argumento textus ibi in princip. & ad hoc dicit, eam vnicam Bald. in leg. si quis filio exhaledato, §. eius in fin. ff. de iniusto rup. eam etiam tenet & sequitur Bald in l. si qua illustris, Cod. ad Orphi. column. 1. in fin. numero 6. Platea in l. prima, Cod. de bonis vacan. lib. decimo, penult. column. Angel. & Paul. in l. nutritoribus, Cod. commun. de success. Contrarium tamen sen. & con. tenet Bart. in d. l. quo tutela. Spino in spec. testam. gl. 1. princip. num. 37. & 38. imd quod nullo modo turor possit succedere, cum l. non caueatur: & sufficienter respondet ad text. ibi, & ad omnia in contrarium adducta, & idem tenet Oldrad. & Iacob. de Arctin. ibi secundum eum, & contrarium etiam tenet Bartol. bene ponderando text. ibi in l. nutritoribus, C. commun. de success. & ibi etiam tenet contrarium Bald. Salic. & Corn. qui dicit hanc esse magis com. opinio. Rom. in l. 1. C. unde vir & uxori. colum. 3. num. 8. & 9.

Item etiam adde quod si quis decebat ab intestato infantili aetate vel maiori, non reliatis descendantibus, ascendentibus. nec collateralibus quod non succedet sibi educatrix quae ipsum lactauit, nec nutritor vel alumnus eius, maritus

maritus ipsius educatricis: & eodem modo si sit fatuus non succedet ei nutritor vel educator: qui cum expositum collegit, tex. est not. & expressus qui vitroque modo potest intelligi, in l. nutritoribus, Cod. com. de succe. cuius verba sunt, nutritorib. hoc nomine nec civili nec honorario iure defertur hereditas: & ad hoc secundum vitrumque sensum & intellectum notat glo. 1. ordi. Bart. & Ang. Salic. & notat Paul. de Castr. qui melius quam aliis declarat, istud aperte probat, lex 13. tit. 2. par. 4. & eodem modo vitratus non succedit priuigno, vel è contra: tex. in l. vitrico, C. con. de succe. & ibi not. Bald. Pau. de Cast. Rapha. Corn. & comm. doct. licet loco patris habeatur ut in l. si paterno affectu, Cod. de nego. gest. similiter etiam non succedit quis ab intesta. suo patri spirituali, neque è contra: quia inter eos est quædam gratuita & sancta communio: quæ non est dicenda consanguinitas sed spiritualis proximitas: ita notat Nicol. de Vbal. in trattat. de success. ab intestat. 4. column. num. 13.

25 Item addde quod eodem modo si quis moritur ab intestato in hospitali tanquam aduenia, peregrinus, vel ex deuotione, vel ex eo quod verè sit pauper non potest in aliquo succedere hospitale, vel alias quilibet priuatius, vel publicus hospitator, tex. est in Authen. omnes peregrini, C. comm. de succe. ibi, si verò intestati dececerint, ad hospitem nihil perueniet, & ibi tenet Bart. Bald. Ang. Paul. & com. doct. text. in c. nos Fredericus, §. omnes peregrini, de statutis & consuetudinibus contra libertates Ecclesie editis, & c. in usib. fen. & idem disponit leg. 30. & 31. titul. 1. par. 6. quas vide. & vide leg. 2. & 3. titul. 9. lib. 1. ordi. vnum tamen in hoc benè nota, quod isto casu deficiente omni linea, dato quod non possit in aliquo succedere hospitale, tamen non succedat fiscus, sed bona defuncti debent tradi Episcopo loci ubi decessit, & per eum debent erogari in causas pias, text. est in dicta Authen. omnes peregrini, versic. si verò, & sic isto casu excluditur fiscus, & per illum text. ita expressè tenet ibi, Bald. colum. 1. num. 3. Angel. ibi, & Corneus column. 2. numer. 2. & ita disponit expressè lex 31. titul. primo part. 6. quod tamen intellige in bonis mobiliis, quod patet, quia illa tantum portat secum talis aduenia vel peregrinus, vnde secùs esset in rebus immobiliis, & ita declarat ibi Bald. & Angel. & hoc est tenendum quicquid ibi dicat Corneus. Postremò in nostra materia successionis ab intestato, adde quod si quis decebat ab intestato non relatis descendantibus, ascendantibus, vel collateralibus, nec coniuge: quod tunc succedit fiscus vniuersaliter, text. est in 1. § fin. ff. de iure fisci, text. in leg. 1. Codice de bonis vacantibus, libro 10. cuius verba sunt, scire debet granitas tua intestatorum res qui sine legitimo hæredote dececerint fisci nostri rationibus vendicandas, text. in l. vacantia, eod. titul. text. in leg. iubemus, versicul. intestatorum, Codice de prepositis sacri cubiculi, & c. lib. 1. 2. text. in leg. prima, Codice unde vir & vxor. in fine, text. in leg. si bona, Cod. de bonis auto. in. poss. text. in leg. 1. post princip. ff. de success. edit. text. in l. una, §. cùm autem versicul. quod si hoc non sit, Codice de caducis

tollendis, & idem disponit lex 6. in fin. titul. 13. part. 6. & adde quod potest constare non esse hæredem legitimum, quando ad instantiam fisci sunt proclamata, & bannimenta ut intra certum & competens tempus appareat, si sit aliquis legitimus hæres: istam practicam ponit Paul. in d. l. si bona, Codice de bonis auto. in poss.

Item adde quod hoc casu, si aliquod monasterium vel persona habeat priuilegium à rege petendi bona intestatorum, debent intelligi ut habeat bona defuncti ab intestato, eo casu quo non sit aliquis legitimus successor, sed bona pertinerent fisco, quia loco eius habebit monasterium vel persona quæ habeat illud priuilegium: ita disponit lex 1. tit. 8. lib. 1. ordin. & 1. 8. tit. 12. lib. 3. ordin.

Hodie tamen quando talibus conceditur priuilegium petendi quintum bonorum descendientium ab intestato, intelligitur si non habeat descendentes, nec collaterales legitimos usque ad quartum gradum: ita Pragmatica, folio 160. col. 4.

### TEXTVS IX.

**L**os hijos bastardos illegítimos de qualquier calidad que sean no pueden hæredar á sus madres ex testamento ni ab intestato, en caso que tengan sus madres o hijo, o descendientes legítimos, pero bien permítanos que les puedan en vida, o en muerte mandar hasta la quinta parte de sus bienes, de la qual podrian disponer por su anima, y no mas ni allende. Y en caso que no tenga la muger hijos, o descendientes legítimos aunque tenga padre, o madre, o ascendientes legítimos, mandamos que el hijo, o hijos, o descendientes que tuviere naturales, o spurios por su orden y grado le sean hærederos legítimos ex testamento, & ab intestato: saluo si los tales hijos fueren de dannado y punible ayuntamiento de parte de la madre, qui in tal caso mandamos que no puedan hæredar á sus madres ex testamento ni ab intestato. Pero bien permittimos que les puedan en vida, o en muerte mandar hasta la quinta parte de sus bienes, y nos mas de lo que podian disponer por su anima, y de la tal parte despues que la ouieren puedan disponer en su vida, o al tiempo de su muerte los dichos hijos illegítimos como quisieren, Y queremos y mandamos, que entonces se entienda, y dica damnado y punibile ayuntamiento, quando la madre por tal ayuntamiento incurriere en pena de muerte natural, saluo si fueren los hijos de clérigos, o frayles, o freyles, o demonjas profesas, que en tal caso aunque por el tal ayuntamiento no incurra la madre in pena de muerte: mandamos que se guarde lo contenido en la ley que hizo el Señor Rey don Iuan el primero en la ciudad de Soria, que habla sobre la succession de los hijos de los clérigos. Id est: Spuri illegitimi cuiuscunque sint qualitatis non possunt matrum esse hæredes ex testamento neque ab intestato, si matres habeant legítimos, filiū aut filios, aut descendentes Benè tamen permittimus, ut aut in morte aut in vita possunt eis legare

legare usque ad quintam partem suorum bonorum (de qua pro anima sua possent disponere) neque amplius neque præterea. Ceterum si mulier non habuerit filios aut descendentes legitimos, etiam si habeat patrem aut matrem aut ascendentis legitimos, præcipimus, ut filius aut filia aut descendentes, quos habuerit, naturales aut spuri, suo ordine & gradu, sint ei heredes legitimis ex testamento & ab intestato, nisi eiusmodi filii fuerint ex damnato & punibili concubitu ex parte matris. Nam in eiusmodi casu præcipimus, ne matrum heredes esse possint ex testamento neque ab intestato. Bene tamen permittimus ut possint illis, vel in morte vel in vita legare usque ad quintam partem suorum bonorum, (scilicet) non amplius eo, de quo possent pro anima sua disponere: de qua parte illegitimi eiusmodi, postquam eam habuerint, possint aut in vita aut in morte prout libuerit disponere. Et volumus & præcipimus, ut damnatus & punibilis concubitus intelligatur & dicatur, cum mater ex eiusmodi concubitu incurrit in paenam mortis naturalis, nisi proles fuerint ex Clericis, aut Monachis, aut Cœlibibus (Commendatariis) \* aut Monacharū profesarum. Nam in eiusmodi casu etiamsi in paenam mortis non incurrat mater, præcipimus ut obseruetur quod habet Lex à D. Rege D. Ioanne primo Soria condita, in qua agitur de filiorum clericorum successione.

\* Hisp. Freiles ita appellantur commendatores Rhodienses, Calatrauenses, Alcantarenses, qui voto Cœlibatus adstringuntur.

## T E X T V S X.

**M**andamos que en caso que el padre o la madre sea obligado a dar alimento a alguno de sus hijos illegitimo en su vida, o al tiempo de su muerte, que por virtud de la tal obligacion no se pueda mandar mas de la quinta parte de sus bienes de la que podia disponer por su anima y por causa de los dichos alimentos no sea mas capaz el tal hijo illegitimo: de la qual parte despues que la ouiere el tal hijo, pueda en su vida, o en su muerte fazer lo que quisiere, o por bien tuuiere: pero si el tal hijo fuere natural, y el padre no tuuiere hijos, o descendientes legitimos: mandamos que el padre le pueda mandar iustamente de sus bienes todo lo que quisiere aunque tenga ascendientes legitimos. Id est: Præcipimus, ut in casu quo pater aut mater teneatur prestare vietum alicui ex suis filiis illegitimis dum vixerit, aut in tempore mortis sua, non possit virtute eius obligationis ei legare ultra eam quintam partem suorum bonorum, de qua pro anima sua poterat disponere, neque propter eiusmodi vietus filius illegitimus sit capacior (scilicet amplioris hereditatis) de qua parte postquam eam habuerit, possit aut in vita aut in morte prout voluerit, aut ei libuerit, disponere. Verum si eiusmodi filius fuerit naturalis: & pater non habuerit filios aut descendentes legitimos, præcipimus ut pater iuste possit ei legare ex suis bonis quantum voluerit, etiam si habeat legitimos ascendentes.

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

## T E X T V S XI.

**Y**Porque no se pueda dudar quales son hijos naturales: ordenamos y mandamos que entonces se digan serlos hijos naturales, quando al tiempo que nascieren, o fueren concebidos, sus padres podian casar con sus madres iustamente sin dispensacion: con tanto quel padre lo reconozca por su hijo, pu esto que no aya tenido muger de quien lo ouyo en su casa, ni sea una sola: ca concurriendo en el hijolas calidades fuso dichas, mandamos que sea hijo natural. Id est: Ne in dubium verti possit, qui sint filii naturales, ordinamus ac præcipimus, ut proles tunc naturales esse dicantur, quem tempore nativitatis aut conceptio- nis, ipsorum patres ducere potuissent eorum ma- tres iuste & absque dispensacione: modò ipsum pro filio recognoscat pater quamvis non habue- rit domi sua eam fœminam de qua illum suscepit, nec fuerit una sola.\* Supradictis enim qualitatibus in prole concurrentibus, præcipimus, ut sit proles naturalis.

\* Id est, quamvis habuerit plusquam unam concubinam.

## T E X T V S XII.

**S**i alguno fuere legitimado por scripto, o priuilegio nuestro, o de los Reyes que de nos vinieren, aunque sea legitimado para heredat los bienes de sus padres, o madres, o de sus abuelos, y despues su padre, o madre, o abuelos ouieren argun hijo, o nieto descendiente legitimo, o de legitimo matrimonio nascido, o legitimado por subsiguiente matrimonio, el tal legitimado no pueda succeder con los tales hijos, o descendientes legitimos en los bienes de sus padres ni madres, ni de sus ascendientes ab intestato ni ex testamento: salvo si sus padres, o madres, o abuelos en lo que cupiere en la quinta parte de sus bienes que podian mandar por su anima le quisieren alguna cosa mandar: que fasta en la dicha quinta parte, bien permitimos que sean capaces y no mas: pero en todas las otras cosas, ansi en succedera los otros parientes como en honras y preheminencias han los hijos legitimos, mandamos que en ninguna cosa diffieran de los hijos nascidos de legitimo matrimonio. Id est: Si aliquis fuerit legitimatus per scriptum aut priuilegium nostrum, vel Regum à nobis descendentium, quamvis legitimus fuerit (in eum finem) ut heredario iure possit succedere in bonis paternis aut ma- ternis, aut auitis, posteaque pater aut mater, aut aui susceperint filium aut nepotem descendente legitimum, aut ex legitimo matrimonio na- tum, aut per subsequens matrimonium legitima- tum, eiusmodi legitimatus non possit cum eiusmo- di filiis aut legitimis descendentibus succedere in bonis paternis aut maternis, nec suorum ascenden- tium ab intestato neque ex test. nisi eius pater aut mater, aut auius quicquam ei legare voluerint intra quinta partem suorum bonorum, quam le- gare pro anima sua possent. Bene enim permit- timus ut (eiusmodi illegitimi) intra predictam G quintam

quintam partem & non amplius, sint capaces. Cererum in omnibus aliis rebus (ut sunt) tam in succedendo aliis consanguineis, quam in capessendis honoribus & praeminentibus, quas habent legitimi, precipitus ut in nulla re differant ab iis, qui ex legitimo Matrimonio sunt nati.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Quis dicatur filius naturalis.*
- 2 *Filij nati ex unica concubina retenta in domo, an dicantur filii eius etiam si per patrem non recognoscantur?*
- 3 *Si filij sint nati in domo, an censeantur filii mariti, etiam si uxor expressè confiteatur non esse mariti.*
- 4 *In quo succedat filius naturalis.*
- 5 *Quomodo succendant filii naturales ex testamento de iure Cod. & Authenticorum.*
- 6 *Quæ dicta sunt in filio naturali, an habeat locum in nepote?*
- 7 *Hodie de iure regio quo non succedat filius naturalis.*
- 8 *Ea quæ dicta sunt in filiis, an habeant locum in ascendentibus?*
- 9 *Qualiter filii naturales succendant matrem.*
- 10 *De iure regio quid sit.*
- 11 *Si pater testamento nil reliquit filio naturali, sed illum præteriit, an possit agere aliquo remedio contra testamentum patris?*
- 12 *An filius, si in testamento matris non est institutus, possit rumpere testamentum?*
- 13 *Dicta in filiis naturalibus, an habeant locum in filiis natis ex damnabili coitu?*
- 14 *De iure regio quis dicatur filius natus ex damnabili coitu.*
- 15 *Si filius sit natus ex sacerdote vel religiosa, an succedat patri vel matre?*
- 16 *An per legem possit disponi quod filius natus ex damnabili coitu succedat patri & matre?*
- 17 *An filius natus ex damnabili coitu possit institui ab aucto?*
- 18 *An sit aliquis modus tutus tam de iure quam de foro conscientie, per quem possit pater relinquere filio spurio aliquid ultra alimenta?*
- 19 *An filius incapax institutus sub conditione, si legitimetur poterit interim pendente conditione, petere se mitti in possessionem bonorum.*
- 20 *An pater possit incapacem substituere pupillariter alijs filio impuberi legitimo?*
- 21 *Si pater instituit filium incapacem qui nihil potest habere, cui applicatur talis hereditas.*
- 22 *Si heres institutus accommodavit tacitam fidem de restituenda aliqua parte hereditatis, an fisco applicetur illa pars tantum vel tota hereditas?*
- 23 *Heres qui accommodavit tacitam fidem, an priuetur hereditate.*
- 24 *Qualiter possit constare de isto tacito fideicomissio.*
- 25 *Coniectura per quam probetur tacitum fideicomissum.*
- 26 *Si filio spurio & incapaci restituantur bona ex tacito fideicomissio, an condemnetur in fructibus à die restitutionis?*
- 27 *Heres tacite granatus, an teneatur in foro*

- conscientiae restituere bona?*
- 28 *Heres qui accommodavit tacitam fidem, an restituat bona fisco regali vel ecclesiastico?*
- 29 *In confiscatione an attendatur heres rogatus, vel ille cui restituantur bona.*
- 30 *Si ille pro fisco manifestauit, quod incapacit aliquid erat relatum, an consequatur aliquid premium?*
- 31 *Accommodans tacitam fidem qua poena puniatur.*
- 32 *An pater possit per viam contractus relinquere aliquid filio incapaci.*
- 33 *Si donatio sit facta filio incapaci, & alteri filio capaci, an portio spurij & incapacis accrescat capaci?*
- 34 *Per contractum onerosum an possit pater relinquere filio incapaci bona sua?*
- 35 *Quando pater possit bona sua filio vendere.*
- 36 *Filiis incapacibus si debeantur alimenta.*
- 37 *Quomodo intelligatur textus in e. cum haberet de eo qui duxit in matrimonium quam poluit per adulterium.*
- 38 *Parentes an possint compelli alimenta filio incapaci praestare?*
- 39 *De iure communii quid debeat pater relinquere pro alimentis filio suo.*
- 40 *Quid praestet de iure regio.*
- 41 *Alimenta qua pater dedit filio incapaci an transeant ad heredes eius?*
- 42 *Si pater pro alimentis assignavit filio certum fundum, si potest pater granare filium ut fundum alteri restituat.*
- 43 *Pater clericus si vellet dotare filiam quantum dorem ei praestabit.*
- 44 *Materia de tacito fideicomisso habet locum etiam in parentibus.*
- 45 *An iste filius teneatur alimenta praestare patri?*
- 46 *An isti filii succendant consanguineis patris vel matris?*
- 47 *De iure regio filius naturalis tantum, cui succedat.*
- 48 *Si filius naturalis tantum ex parte matris decedat ab intestato, reliquo fratre naturali ex eadem matre, & reliquo fratre ex legitimo matrimonio quis admittatur.*
- 49 *Si filius naturalis decedat ab intestato reliquo fratre naturali ex matre, & ex eodem patre & reliquo fratre ex diuerso patre quis admittatur?*
- 50 *Si filij nati ex damnabili coitu possint succedere collateralibus ex parte matris.*
- 51 *An & quando filius incapax successionis succedat dignitate & nobilitate parentum.*
- 52 *Filius naturalis an possit accusare de morte patris?*
- 53 *Pœna inhabilitationis que filiis legitimis interfertur propter delictum patris, an habeat locum in naturalibus.*
- 54 *Quibus modis fiat legitimatio.*
- 55 *Intellectus ad textum, in cap. tanta. qui filij sint legitimi.*
- 56 *An legitimatio per subsequens matrimonium valeat, etiam si pater sit in articulo mortis?*
- 57 *In quibus casibus legitimatio non valeat per subsequens matrimonium.*
- 58 *Quando dicitur constare presumptiōne de fraude ut legitimatio non valeat.*

- 59 Si quis habet filios naturales & contrahat matrimonium cum legitima uxore, & ea mortua contrahat cum concubina, an legitimantur filii?
- 61 Si quis habet filium naturalem & ex eo nepotem, si moriatur filius & post mortem eius annus contrahat matrimonium cum concubina, an legitimetur nepos?
- 62 Legitimitatio in cuius favorem sit inducta.
- 63 Si quis habet filium naturalem, & postea habuit filium legitimum, & mortua legitima uxore contraxit matrimonium cum concubina, qui istorum preferatur in successione? n. 62. & 64.
- 65 In allegationibus causarum, an possit allegari equitas & ratio naturalis pro lege?
- 66 Filius legitimatus an habeatur in omnibus pro legitimo.
- 67 Si extant filii legitimi, si succedant filii naturales legitimati.
- 68 In casu in quo filius naturalis succedat cum legitimis in qua parte succedit.
- 69 Filii legitimati an succedant agnatis & cognatis & ipsi succedant eis.
- 70 Si princeps ad instantiam patris legitimavit filium apposita clausula, quod non succedat nisi in his que pater velit sibi relinquere, si valeat legitimatio.

LEX IX. X. XI. & XII.

**N**ota decisionem huius legis in omnibus suis membris & casibus circa filios naturales: pro cuius perfecta & magis tali declaratione dico, quod filius naturalis est ille qui est natus & procreatus ex unica concubina retenta in domo, & utroque soluto: ex quibus indubitanter videantur procreati textus est in authen. quibus modis natu. effic. sui. §. si quis autem defunctus colla. 7. text. in authent. de trien. & semis. §. consideremus. collat. 3. text. in leg. unica Cod. de concubi. text. in authen. licet. Cod. de natu. libe. text. in leg. 1. & per totum titul. 13. & 14. 4. part. & in expresso ita definit Bartolus in l. pen. ff. de concub. post gloss. Dinum & antiquos. Azo in summa. Cod. de natu. liber. 1. column. idem Azo. in summa. Cod. de concub. in fine. Bald. in dicta authen. licet. Cod. de natu. libe. Ange. de Peru. in leg. si qua illustris. Platea in §. fin. Institut. de nuptiis. 1. column. Angel. in §. nouissime. Institut. ad Orphi. 1. column. Dinus in tracta. de success. ab intestat. 2. column. Specul. in titul. de success. ab intestat §. 1. versic. nunc de naturalium. Hostiens. in tit. de success. ab intesta. versic. & nota. Anton. Abb. & alij doctor. in cap. per venerabilem. qui filii sint legitimi. gloss. ordin & ibi docto. in c. nisi cum pridem. de renun. vide Paleotum de nothis spuriisque filiis, cap. 11. & 12. Velazquez hic, gloss. 1. num. 1. Matiençum in leg. 9. tit. 8. lib. 5. Recop. gloss. 2. num. 2. Tellum in l. 11. n. 1. Azeued. in d. l. 9. tit. 8. lib. 5. Recop. numero 1. Gomez. Arias hic, num. 1. Sed aduentum quod hodie expressè corrigitur hoc per leg. 11. infra his. ll. Tauri: quia non requiritur quod sit unica & retenta in domo, sed tantum quod filii praedicti sint nati ex soluto & soluta inter quos iuste possit esse matrimonium.

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

sine dispensatione: & ita tenet Roder Sua. in leg. 1. tit. 6. lib. 3. fol. ll. 88. versic. hoc præsupposito. vbi plus dicit, quod etiam ante leg. Tauri, ita practicabatur, sicut hodie decisum est, & adhuc ante prædictam leg. Tauri hoc probat lex octaua, titul. 13. 6. partit. tenet etiam Conarrunias de sponsalib. 2. par. cap. 8. §. 4. numero 2. Greg. Lopez in leg. 2. gloss. pen. tit. 4. & in l. 1. gloss. 1. tit. 15. part. 4. cum pluribus aliis quos congerit Matiençus vbi supran. 3. ad finem. Ex quo notabiliter infero in practica, quod si quis habuit concubinam extra domum ad quam publicè & notoriè dicitur habuisse accessum, ex qua nati sunt filii, quod si patet non recognoscat eos in filios, non debent iudicari eius filii, quo ad successionem, nec alimenta, nec quo ad alia: si vero semper recognouit eos pro filiis, tunc censentur eius filii: si vero aliquando recognouit, sed postea mutato proposito negavit eos esse filios, crederem quod in omnibus debent haberi pro filiis. Ita Matiençus in l. 9. gl. 4. num. 1. tit. 8. lib. 5. Recopilat.

Item & no. dico, quod quando concubina esset unita & retenta in domo, & ex ea filii essent nati, præsumuntur filii eius, dato quod nunquam per patrem recognoscantur. Ista omnia aperte colligo ex mente dict. leg. 11. Tauri & probat text. not. & expressus, in capit. per tuas. de probat. & ibi notat & summè commendat Abba. 1. no. Ancha. 2. no. Feli. 1. column. in 1. no. & commun. doct. & in expresso hoc vult. gloss. ordi. in cap. Michaël. de filiis pres. in gloss. 1. quam ibi sequitur & commendat Innoc. Cardi. Abba. & commun. docto. & reputat singul. Anchar. & illam gloss. ad hoc dicit singul. Abb. in cap. transmissa. qui filii sint legi. 2. column. numero 9. & hoc voluit expressè Alber. in leg. filium eum definimus. de his qui sunt sui, vel alien. iur. 3. column. num. 5. Idem docet Couar. de spons. 2. p. cap. 8. §. 4. numero 7. Auendanus in suo dictionario, verbo hijos naturales, Dueñas alios allegans in reg. 344. ampliatione 3. Matiençus alios etiam referens in dict. leg. 9. gl. 4. n. 2. tit. 8. lib. 5. Aniles in cap. 5. pratorum cap. 43. verbo, o casado. Azeuedus in dict. leg. 9. Recop. n. 11. Confirmatur etiam, quia sicut in matrimonio præsumuntur filii proprij & legitimi ex eo quod dominati sunt propter cohabitatem, & non sufficeret contradicatio nec negatio patris: vt in leg. filium eum definimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & ibi notat Odofer. Bart. Alber. Bald. Ang. & commun. docto. text. in leg. si vicinis. Cod. de nuptiis. & ibi notat Cinus & Ange. Salicet. & commun. doctor. text. in leg. non nudis. Cod. de probat. text. in l. quia semper. ff. de in ius vocand. ibi, pater vero si quem nuptia demonstrant. text. in Authentic. qui. mo. na. effi. sui. §. natura. versicul. quapropter nuptiis procedentibus, ex hoc ipso sunt successiones certae. Ita dicamus in proposito, quod quando quis habuit concubinam unicam retentam in domo, filii ibi nati præsumuntur sui, etiam si per eum non recognoscantur: quod est verum & procedit, & etiam si probetur quod prædicta vxor tempore matrimonij erat inhonesta, imò meretrix: quia etiam hoc casu filius ex ea natus præsumitur esse matiti, & sic legitimus: text.

est singul. in iure in leg. miles. §. defuncto in fin. ff. de adulter. ibi, cum possit & illa adultera esse & impubes defunctum patrem habuisse: & ad hoc ibi Angel. de Peru. & illum text. & ad hoc dicit vnicum Bald. in l. si matre. numero 1. Codic. de suis & legit. liber. illum etiam text. dicit vnicum Ang. de Peru. in leg. septimo mense. ff. de statu. homi. notat etiam & commendat Bald. ad hoc in leg. filium cum definimus ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. 1. lect. 2. column. in fin. numero 11. idem Bald. in leg. si vicinis. Cod. de nupt. illum etiam ad hoc dicit valde not. Abb. in c. pen. de adult pen. column. numer. 7. idem Abb. in cap. Transmissa. qui filii sint legi. 2. col. num. 9. & idem est in concubina retenta in domo. ita tenet Abb. per text. ibi cap. per tuas. de proba. 2. col. num. 2. & commendat docto. idem Abba. in d. cap. transmissa. qui filii sint legi. 2. colum. num. 9. per gloss. quam reputat singu. in cap. Michael. de si. presby. tamen debet intelligi, nisi tanto tempore maritus fuit absens, quod naturaliter uon potest esse filius eius, sed alterius: ita probat text. not. in dicta l. filium eum definimus. de his qui sunt sui vel alie. iur. & ibi notant & commendant doctores, & tenet Abb. in d. c. per tuas 2. colum. 3. idem Matiençus in l. 2. tit. 8. lib. 5. gloss. 4. num. 6. not. tenet etiam gloss. in c. dicit dominus. 3. 2. q. 1. pro qua conclu. facit l. 13. in fin. infra his ll. Tauri.

3 Item etiam procedit & est verum, quod ex eo quod nominatus est, debet presumi filius mariti: ut habeat locum, etiam si vxor expressè confiteatur & dicat non esse filium mariti sed alterius: vide Paleotum de notis idem tenantem, cap. 24. & Barbatiam cons. 58. t. m. 1. Dec. cons. 657. cum aliis quos idem Paleotus per totum cap. allegat. Sotum de iustitia & iure lib. 4. q. 7. artic. 2. text. est nota. in lege penultim. ff. de prob. & ibi notat Odofre. Bald. Fulg. & Jacobinus de Sancto Georg. & idem disponit l. 9. tit. 14. 3. part. ex quo dicebat Cinus in l. si vicinis. Cod. de nupt. fin. quast. quod in foro conscientiae potest quis teneat regnum, maiorum, vel hereditatem patris, licet mater in vita vel articulo mortis sibi afferat non esse filium mariti sed alterius: & sequuntur ibi Angel. & Salicet. tenet etiam & commendat Bart. in l. si quis in grani. §. si quis moriens. ff. ad syll. 1. tenet etiam Abb. per text. ibi in cap. per tuas. de proba. 2. colum. numero 4. idem Abb. in cap. transmissa. qui filii sint legit. 1. column. num. 4. & ibi Prap. 2. colum. num. 5. dicens hanc esse commun. opin. Adde tamen quod Hostiens. in cap. officij de pæni. & remi. 2. column. ver. sed quid si filius. dicit quod imò in conscientia non est securus: quia matri credendum est quæ melius alio veritatem cognovit, & non est presumendum quod falso contra filium dicat. Abbas tamen ibi, prima columna, numero 4. concordat, dicendo, quod si ipse filius ex dicto matri non habet conscientiam læsam, nec vult credere matri, est securus in conscientia, alias non: quam concordiam sequitur Jacobinus de Sancto Georg. in dicta lege penult. ff. de probationibus. 1. colum. num. 9. Subtile tamen & pulchrum dubium, si talis vxor vere scit quod habuit filium ab alio & non à marito, an teneatur in foro conscientiae reuelare filio, vel

quid tenetur in hoc casu facere? de quo vide ea quæ posui in materia delictorum, in delicto adulterij.

Quibus omnibus visis & presuppositis, 4 magistraliter & resolutiùè dico, quod talis filius naturalis de iure antiquo nullo modo sacerdebat patri, neque erat illo iure cognitus: textus est in leg. humanitatis. Codice de natura. lib. ibi. ut licet ab intestato nullam communionem ad patris naturalis successionem haberent, & ibi communiter notant doctores: idem tenet Matiençus in leg. 9. tit. 8. lib. 5. Recop. gloss. 1. numer. 1. cum aliis quos ipse allegat. Conarruias de spons. 2. p. cap. 8. §. 4. numero 9. hodie tamen succedit in duabus vnciis, deficientibus filiis legitimis, & deficiente uxore propria ipsius patris, text. est in Authent. licet versic. ab intestato. Cod. de natura. libe. cuius verba sunt, ab intestato verò cum desit soboles ciuilis, nec super sit coniunx legitima, si naturales ex concubina extant, que sola fuerit ei indubitate affectu coniuncta, in duas paternæ substantia vncias succedant: & ibi commun. docto. text. in Authent. quibus mod. natu. effic. sui. §. si quis autem defunctus. colla. 7. & intestatis parentibus defunctis duas paternæ substantia vncias habere: text. in Authent. de trien. & semi. §. consideremus versic. & intestato collat. 3. Adde tamen, quod non potest congrua ratio inueniri per quam coniux legitima patris noceat filiis naturalibus, ut ea extante non possint succedere in his duabus vnciis, cum ipsa non debeat ei in aliquo succedere, extantibus consanguineis: reperio tamen quod Hostien. in Summa, qui filii sint legi. §. an utrumque genus. 2. colum. dicit, quod ratio est fauor & honor matrimonij: ne vxor inde scandalizetur & afficiatur inuidia, videns filios naturales non ex se habitos succedere, ideo noluit lex, quod ea viuente naturales in aliquo succedant, sed penitus sint exclusi: argumento text. in leg. 2. ff. rerum amotarum, & in leg. 2. Cod. eodem titulo: & confirmatur ultra ipsum, quia propter inuidiam euitandam est inducta à lege collatio inter fratres, ut notatur per Bald. & Paul. & scribentes in rub. C. de colla. Hodie tamen in nostro regno decisum est, quod etiam extante coniuge legitima, succedant predicti filii naturales in predictis duabus vnciis: text. est in l. 6. tit. 13. 6. part. Item etiam adde, quod ad hoc ut isti filii naturales succedant in ipsis duabus vnciis requiritur etiam quod non super sint aliqui ex ascendentibus legitimis secundum omnes ubi supra.

Ex testamento vero tales filii naturales 5 bene sunt capaces, quia secundum ius C. poterant institui à patre in dimidia parte bonorum suorum, non extantibus descendientibus legitimis, nec parentibus, quibus debeatur legitima, text. in l. humanitatis. Codic. de natura. liber. ibi. sed etiam ex duplice portione, id est, sex vnciis heredes scribere & ibi commun. doct. extantibus vero legitimis descendientibus, vel ascendentibus, quibus debeatur legitima, non potest pater relinquere filiis suis naturalibus nisi unam vnciam tantum: text. est in leg. 2. Codice de natura. liber. & ibi commun. op. tenet etiam Azo. in summa

summa illius titul. 2. colum. num. 4. gloss. & com. opin. in leg. qui testamentum, ff. de probat. & ista con. tenet Paul. de Castro in leg. si is qui ex bonis in princip. num. 3. ff. de vulgar. & pupil. & ibi Alex. in princ. num. 1. Ias. 1. colum. num. 2. licet Bart. ibi per errorem dixerit in duabus vnciis Bartol. Imol. & commun. docto. in l. Lucius eod. tit. Ang. in Auth. qui mod. natu. effi. §. fin. colum, quid autem sit de iure antiquissimo horum, vide Imol. & doctor. in dict. leg. Lucius. Hodie vero de iure Authenticorum non extantibus descendantibus legitimis nec ascendentibus quibus debeatur legitima, potest pater omnia bona sua in vita vel in morte relinquere filio naturali, text. est in Authen. licet in princ. C. de natur. liber. cuius verba sunt licet patri sine legitima prole seu parere, cui relinquere necesse est decedenti, naturalib. totam substantiam suam vel inter viuos largiri, vel in test. transmittere: text. in Authent. quibus modis natu. effic. sui. §. ne igitur vers. si vero filios collat. 7. & ista decisio hodie confirmatur per leg. 8. titu. 13. par. 6. extantibus vero legitimis descendantibus, non potest pater relinquere in vita vel morte filio naturali, nisi unam vnciam, sicut de iure antiquo poterat, & aperte confirmatur in dict. leg. 8. titu. 13. 6. part. extantibus vero ascendentibus legitimis quibus debetur legitima, tenetur eis suam legitimam relinquere, & alia bona potest dare in vita vel morte filiis naturalibus: textus est in d. Authent. licet in ver. cuius verba sunt quod si parentes duntaxat ei super sint legitima parentibus relictæ, reliquum inter naturales distribui permittitur: text. in Authent. quibus modis natu. effic. sui §. si vero habuerint. collation. 7. & expressè confirmatur per dict. leg. 8. titul. 13. 6. part. hodie vero de iure nouissimo nostri regni, si pater habeat filios legitimos & naturales, potest relinquere quintum bonorum filio naturali: sicut potest relinquere pro anima vel alicui extraneo, immo etiam si esset omnino spurius possit relinquere pro alimentis: ita aperte disponit lex 10. infra his l. Tauri. Sed quid si pater plures quam quinque legitimos haberet, & hoc casu quintum spurio pro alimentis relinquere non posse ne melioris conditionis quam legitimus sit, tenet Tellus in l. 9. num. 26. usque ad 27. & in l. 10 numero 10. Molina lib. 2. de primogeniis Hispan. cap. 15. num. 51. & latè Velazquez de Auendano in l. 10. gloss. 2. num. 2. licet Matiençus in l. 7. tit. 8. lib. 5. gloss. 4. num. 5. contrarium teneat; & vide infra numero 68. & que ibi sunt addita extantibus vero solis ascendentibus, potest pater omnia bona sua relinquere filio naturali: ita determinat expressè dicta leg. 10. in fin. & ante eam ita disponebat leg. 1. prope finem titu. 6. lib. 3. for. legum. licet gloss. ibi aliter intel ligat. Idem tenet Couarr. in quarto, 2. p. §. 4. cap. 8. in fin. quem omnino vide, & Rojas de success. ab intest. cap. 14. & 15. per totum ubi de filio naturali late loquitur, in cap. 26. ex num. 40. usque in fin. ubi regulam cum viginti ampliationib. scripsit. Mieres intrat. maiorat. 2. p. q. 2. n. 4. Matien. in l. 7 tit. 8. lib. 5. gl. 2. n. 1. Azeuedus ibid. num. 19. Velazq. de Auend. hic gloss. 5. per totam.

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

Item adde quodd omnia quæ suprà dicta sunt in filio naturali habent etiam locum in nepote naturali nato ex filio legitimo, vel in nepote naturali nato ex filio naturali, quia ab intestato nullo modo succedunt aucto: text. in l. fin. Cod. de natu. lib. in vers. fina. ibi iura etenim ab intestato in cuius successionem nemini eorum penitus aperimus: & ad hoc notant & commendant ibi doctores, ex quo text. singu. & ultra do. nota. quod quando nepos descendit ex medio inhabili, efficitur inhabilis quo ad succedendum aucto, sicut & ipse filius a quo ipse nepos descendit erat inhabilis: nam ibi patet, quod nepos etiam legitimus & naturalis natus ex filio naturali non succedat aucto, quia pater eius erat inhabilis. Adde tamen quod hodie de iure Authent. talis nepos vel naturalis tantum, vel legitimus & naturalis, natus ex filio naturali, vel naturalis tantum natus ex filio naturali, tantum bene poterit succedere aucto ab intestato in duab. vnciis, sicut potest in eis succedere patri: ita not. tenet Baldus licet dubitanter, ibi in d. l. fina. prope finem. tenet etiam expressè ibi Salic. 1. column. num. 3. licet contrarium teneat Ange. in §. nouissime ad Orphi. 2. column. in fin. Ergo ea quæ in filiis naturalibus circa successionem sunt disposita etiam in nepotibus, ut latè tradit Matiençus ubi suprà nu. 3. Couar. in epitome de sponsalibus, 2. p. cap. 8. §. 4. num. 10. in fine. ubi obiectio Guillelmi Benedicti latè respondet qui contrarium tenuit in cap. Raynuntius, verbo, & uxorem, num. 700. de test. per text. in authent. quibus mod. natur. effic. sui. §. nepotibus. & in l. ultima in fine. Cod. de nat. lib. quæ iura id tantum probare asserit Couarruias ubi suprà, nepotes etiam legitimos ex filio tantum naturali intestato aucto non succedere ut legitimos: non tamen negant dictæ leges, eos posse ut naturales succedere. Idem tenet Greg. Lopez. in lege. 8. gloss. 2. titulo 13. par. 6. Roder. Suarez in lege 1. titulo 6. lib. 3. foris verbo, hec de filiorum naturalium successione, in princ. fol. 88. Pinel. hac latè differens in leg. 3. numero 20. & seqq. Cod. de bonis mat. ex quo subtiliter deducitur, sicut habet locum representatio inter descendentes legitimos & naturales, ita etiam inter descendentes naturales tantum: ex testamento vero talis nepos succedebat aucto, & poterat in totum institui non extantibus legitimis descendantibus vel ascendentibus: quia ratio impeditiva quæ erat in filiis propter refrænandam libidinem & vitium patris, non est in nepotibus & vltioribus: extantibus vero descendantibus vel ascendentibus legitimis, non poterat institui, nisi in ea parte in qua filius naturalis poterat, hoc est in una vncia tantum, textus est formalis qui sic debet intelligi, in lege fin. Codice de natu. liberorum. Hodie vero extantibus ascendentibus legitimis, possit auctus bona sua relinquere prædicto nepoti naturali, vel nato ex naturali, relictæ legitima ipsis ascendentibus: quia ita videmus quod est dispositum quando quis habet filios naturales: ut in dict. Auth. licet vers. 1. & suprà dixi.

Ex quo no. infero. quod hodie de iure no-

G 3 stri